Institutiones pathologiae praelectionibus academicis accommodatae / [Christian Gottlieb Ludwig].

Contributors

Ludwig, Christian Gottlieb, 1709-1773

Publication/Creation

Lipsiae : Gleditsch, 1754.

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/qren5qbv


License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection 183 Euston Road London NW1 2BE UK T +44 (0)20 7611 8722 E library@wellcomecollection.org https://wellcomecollection.org



The Library of the Wellcome Institute for the History of Medicine

ax 14


Tissot D'Med

62806/13

MEDICAL SOCIETY OF LONDON

Accession Number

Press Mark . (1-3) LUDWIG, C.G.





CHRISTIANI GOTTLIEB LVDWIG,

PHYSIOLOGIAE P. P. O. COLLEGII B. M. V. COLLEG. ET SOC. REG. BORVSS. SCIENT. SODALIS

INSTITUTIONES ATHOLOGIAE PRAELECTIONIBVS ACADEMICIS ACCOMMODATAE

LIPSIAE EX OFFICINA GLEDITSCHIANA M DCCLIV.



COMMILITONIBVS AESTVMATISSIMIS

Tt fidem Vobis datam liberem, these, quae alteram artis falutaris partem fiue pathologiam tradunt, et quae hactenus manu scriptae Vobis cum communicatae fuerunt, impressas nunc exhibeo, quo attentionem Vestram in scholis priuatis dirigant. Eam me in iis, quam olim in introductione in universam medicinam breuiter adumbraui, ac in tradendis phyfiologiae institutionibus seruaui normam et docendi methodum in pathologia etiam sequutum esse intelligetis. Duxi nimirum primas lineas earum rerum, quae ad cognoscendos et diiudicandos morbos faciunt, quo conueniente quodam ordine phaenomena in aegroto corpore conspicua in causis et effectibus morborum explicandis allegare eorumque uberiorem explicationem ad therapiam ducentem in praelectionibus meis addere queam. Equidem in pathologiae tra-Attione nouam quandam adesse intelligo difficultatem in physiologia non adeo obseruatam:

ま くまき れた

uatam: figna enim, quae fani corporis indolem declarant, Vosmet ipsi attendentes faepius colligere, et ad rerum eo pertinentium cognitionem accuratam conferre potuistis; talia vero in aegrotis non nisi rarius a Vobis observari, et in augmentum intelligentiae vestrae conuerti posfunt : dabo tamen operam ut in recensione phaenomenorum, in aegroto corpore occurrentium, et a medicis obferuandorum ea accurate proponam, quae quotidiana me docet experientia, ideoque et Vos ad eandem attentionem excitem. Nullus itaque dubito, fore, ut et rerum propositarum ordo, et Vestra in aliis pathologorum scriptis conferendis diligentia Vos eo ducant, quo therapiam generalem et specialem his fundamentis feliciter fuperstruere, et his adminiculis fuffulti suo tempore in facienda medicina, attentam corporis aegroti confiderationem, fine.qua aegrorum cura nunquam praestari potest, suscipere possitis. Institutiones therapiae generalis fimili ratione elaboratas, Deo volente, proxime Vobiscum communicabo. Valete. Dabam Lipfiae menfe Ianuario 1754. non sigoloityde ni monthu PATHO-24238787878

PATHOLOGIAE PROLEGOMENA.



Qua methodo pathologia fiue scientia eorum, quae in homine aegroto eueniunt, tractari queat, in introductione in medicinam fiue uniuersam artem salutarem, a §. §6 ad 90. exposuimus; nunc, cum summa illa capita ampliori sermone illustrare aggredimur, quaestio omnino oritur, an non pathologiam ita cum phyfiologia comparare queamus, ut eandem capitum seriem assumanus, eumque nunc ordinem in aegroto corporis statu explicando observemus, quem in sano paulo ante servauimus? Omnibus tamen rite perpensis, ab aliis receptam methodum, nobis quoque probatam este debere, intelligimus.

§. 906.

In phyfiologica enim corporis confideratione una eademque in omnibus est fanitatis idea; confen-Patholog. A fus

2 PATHOLOGIAE PROLEGOMENA

fus autem omnium actionum, quae per hominem fieri possunt §. 74. naturam sanitatis nobis sistit. Haec in aetatibus §. 594. seqq. temperamentis, §. 624. seqq. aliisque hominum differentiis §. 625. paululum quidem variat, non vero essentialiter a se discrepat: in aegroto autem corporis statu tantae differentiae hominum occurrunt, quae in uniuersa oeconomia animali et in particularibus quoque corporis actionibus se exserunt, ut tot fere morbos diuersos sistant, quot homines inueniuntur.

5. 907.

In homine quidem aegroto ipfa vis vitae quasdam hominis fani actiones, plus minusque perfectas, fuperstites adhue esse docet, attamen ad vim morbi quoque seu causas laedentes et actiones laesas respiciendum est. Hinc in symptomatologia quidem eundem prorsus ordinem sequimur, quem in physiologia generali et speciali assumations, dum esfectus laessonum partialium in variis actionibus perpendimus: Sed haec in compendio vix proponi poterunt, nis generalis omnium morborum corumque causarum doctrina praemittatur.

§. 908.

Specialis itaque pathologia, quae certe noftra fymptomatologia eft, facilius intelligitur, fi antea morborum natura et differentiae generales ex principiis phyficis ita declarantur, ut ad fpecialiffimam partium corporis fabricam non refpiciamus, fed mutationes corporis animalis morbofas, quatenus fieri poffunt, in nofologia generatim explicemus, et fimili ratione caufas, quibus illae inducuntur, earumque effectus difquiramus. Ita enim idea generalis

PATHOLOGIAE PROLEGOMENA. 3

ralis in prima, ratio huius in fecunda, et speciale examen morbolarum affectionum in tertia parte pathologiae traditur.

S. 909.

Licet autem eo ipío modo in doctrina de caufis et effectibus morborum ipía quoque figna exhibeantur, femioticam tamen morborum in quarta parte addimus, quo ea figna, quae ex generali idea morbi, ex caufarum indole et tandem ex actionum varietate deducuntur, non tantum fuo ordine proponi, fed et medici iudicium de morbo praefenti et futuro eius eventu accuratius determinari poffint.

§. 910.

Pathologia igitur sequentem in modum optime delineatur.

- Pars I. NOSOLOGIAM seu generalem morborum confiderationem fistit; agit itaque
 - Cap. I. Demorbo in genere eiusque diuifione.
 - II. De differentiis morborum effentialibus: feilicet
 - Sect. 1. De morbis particularum solida et fluida componentium.

2. De morbis fluidorum.

- 3. De morbis solidorum.
- 4. De morbis partium compositarum, viscera et organa constituentium.
- III. De differentiis morborum accidentalibus.

§. 911.

Pars II. AETIOLOGIAM seu causas morborum explicat, atque ita agit

Az

Cap. I.

4 PATHOLOGIAE PROLEGOMENA.

Cap. I. De caufis morborum in genere. II. De caufis occafionalibus. III. De caufis praedifponentibus. IV. De caufa proxima.

S. 912.

Pars III. SY'MPTOMATOLOGIAM fiue effectus morborum fusius proponit et ideo agit Cap. I. De symptomatibus in genere. II. De circulo fanguinis lacfo. III. De secretione laesa. IV. De nutritione laefa. V. De affectionibus morbofis sluidi neruei et neruorum. VI. De sensus et motus lacsionibus. VII. De vitiis digeftionis. VIII. De vitiis chylificationis. IX. De respiratione laesa. X. De excretione cutanea laefa. XI. De excretione urinae laefa. XII. De sensuum externorum vitiis. XIII. De sensuum internorum et somni vitiis. XIV. De morbolis organorum generationis affectionibus.

§. 913.

Pars IV. Semioticam pathologicam feu figna morborum exponit, agit igitur
Cap. I. De fignis morborum in genere.
II. De fignis morborum anamnesticis.
III. De fignis morborum diagnosticis; explicat igitur
Sect. 1. figna rigiditatis.
2. figna laxitatis.

Sect. 3.

PATHOLOGIAE PROLEGOMENA. 5

Sect. 3. figna unitatis folutae.

- 4. figna fpiffitudinis humorum.
- 5. figna tenuitatis humorum.
- 6. figna acrimoniarum.

Cap. IV. De fignis morborum prognofficis.

Sect. 1. ex actionibus vitalibus.

a) circulatione fanguinis et pulsu

b) respiratione.

2 ex actionibus animalibus motu, sensu. et somno.

3. ex actionibus naturalibus.

a) digeftione et chylificatione

b) fecretionibus

a) urinae.

B) sudore et reliquis.

V. De fignis mutationis morborum in cruditate, coctione et crifi.



A3

PARS

S. 914.

In hac tractatione nec nuda morborum nomina indicare, neque definitiones eorundem, vulgo receptas, recenfere animus est; nos potius a fanitatis ad morbi ideam progrediemur, et primarias, easque ex ipfa corporis natura petitas, notiones coordinabimus, quo effentiales morborum differentiae a symptomatibus et aliis accidentalibus affectionibus distinguantur.

CAPVT I. DE MORBO IN GENERE EIVSQVE DIVISIONE.

S. . 915.

Sanitatem vix ullo in homine effe perfectam, nec actiones a corpore perficiendas, femper aequali in omnibus partibus confeníu vel conuenienti conftantia, peragi, experientia quotidiana docet. Porro patet, non omnia corpora aequali robore actiones perficere, fed inde variam in variis affumi debere fanitatem. Si igitur fanitatem perfectiffimam, quam in phyfiologia delineauimus, cum imbecillitate plurium hominum, qui fani videntur, comparamus, ipfa iam idea morbi inde oritur.

5. 916.

PARS I. CAP. I. DE MORBO IN GENERE. 7

S. 916.

Vix vero morbus praesens esse dicitur, fi homines, pluribus actionibus necessariis fubeundis haud impares, inueniuntur. Eos enim, a quibus actiones cum cita defatigatione fuscipiuntur, debiles tantum appellamus. Tunc vero aegrotare ut plurimum dicuntur homines, quando in actionibus uniuersalibus vel particularibus corporis infignis quaedam observatur laesio; v.c. languor ex motu fanguinis per minora vasa impedito, hinc per maiora accelerato, quem in febre observamus; dolor in parte neruosa tensa, ut dolor dentium; tumor in faucibus, deglutitionem laedens.

§. 917.

Est itaque morbus praeternaturalis quaedam difpositio corporis, actiones eius laedens, cuius praesentiam medicus cognoscit et diiudicat, si, actione laesa sensibus percepta, ex physiologicis doctrinis repetit, quaenam causae in corpore sano ad hanc actionem perficiendam concurrant, et ex corpore aegroto accuratius confiderato intelligit, cur haec actio fieri nequeat: v. c. difficultas deglutiendi est actio laesa, quae aliquando a sero et muco in faucibus tumorem producente et descensum boli facilem impediente, oritur.

5. 918.

Complexus omnium corum, quae in aegroto corpore practer naturam eueniunt et observantur, ab aliis multis morbus dicitur. Hinc non tantum morbus ipse, sed et causae et accidentia eius, confuse fimul perspecta, ab imperitis et forte non nullis medicis assumentur et nomine quodam recepto, sae-A 4 pius

8 PARS I. CAP. I DE MORBO

pius vago et obscuro infigniuntur; ex qua confusa corporis morbo affecti, confideratione, nulla huius vera diiudicatio elicitur.

Medicus itaque rationalis ea omnia, quae in aegroto eueniunt, vel nunc praesentià fint, vel futura expectentur, perpendens, primariam corporis, vel in folidis vel in fluidis vel in utrisque haerentem, alienam a naturali statu factam, mutationem, hoc est, morbum perspicit, et a causis, quae eum essecurnt, et a symptomatibus, quae cum eo sunt, vel eum sequuntur, accuratius distinguit, atque ita ordine genuino fibi repraesentat, quae imperitus confuse contemplatur.

§. 920.

Cum igitur pathologia fundamenta, ex quibus morbi diiudicantur et cognofcuntur, exhibere debeat, illa in ufum difcentium commodius tractari nequit, quam fi de morbi differentiis, fiue de mutationibus omnibus, in aegroto corpore poffibilibus, deinde de caufis et fymptomatibus, morbofam hanc difpofitionem efficientibus et concomitantibus, et tandem de fignis, ex quibus talis corporis ftatus cognofcitur, fuccincte agitur.

§. 921.

Genefis morborum primo causas, postmodum mutationem, in corpore inde productam, siue morbum, tandem eius effectus siue symptomata sistit, sed cum medicus, in morbis ipsis diiudicandis, partim per causarum, partim per symptomatum considerationem, ad primariam praeternaturalem dispositionem cognoscendam accedat, ordinis nostri leges ad

INGENERE EIVSQVE DIVISIONE. 9

ad illum morborum ortum definiri nequeunt; fed praestabit in institutionibus medicis, ante, quam ad alia progrediamur, morbum ipsum accurate considerare et distinguere.

S. 922.

Differentiae morborum igitur, a nobis nunc difquirendae, exigunt, ut illas ex natura fiue compofitione corporis eruanus, et omnes modos possibiles, quibus vel totum corpus, vel eius partes praeter naturam, afficiuntur, ostendamus; id, quod praecipue in capite sequenti de differentiis morborum essentialibus praestabimus. Cum vero a medicis variae etiam morborum differentiae accidentales, morborum theoriam egregie illustrantes, in hanc recipiantur, de iis paulo post acturi sumus.

CAPVT II. DE DIFFERENTIIS MORBORVM ESSENTIALIBVS.

§. 923.

Ex solidis et fluidis partibus corpus componi, et per reciprocam earundem actionem sanitatem perfici, uniuersa physiologia docuit, in praeternaturali itaque harum partium dispositione corporis morbos positos esse, liquido constat. Et licet vix omnes morbos per corporis leges mechanicas tantum explicare queamus, cum et animae operationes faepius laedantur, et intima neruorum natura atque motus, ab iis dependentes, nobis non pateant, me-A 5

dicus tamen hos morbos eatenus diiudicare valet, quatenus ex corporeis qualitatibus dependent; qualis est v. c. mania et melancholia ex sanguine atrabiliario spisso orta.

S. 924.

Subfiftamus itaque in corporeis conditionibus, praeter naturam mutatis, quas vel in particulis, folida et fluida componentibus, in fe confideratis, vel in fluidis fiue humoribus, collectiue fumtis, vel in folidis, fcilicet fibris et canalibus minimis obferuamus. Quo vero ex his primis principiis ad compofitos magis morbos progrediamur, partium deinde compofitarum fiue vifcerum et organorum corporis morbos expenfuri fumus, qui vel fabricam partis laefae mutatam, ut motus fluidi in folidis peruerfos aut prorfus impeditos, accuratius definiunt.

SECTIO I.

DE

MORBIS PARTICVLARVM SOLIDA ET FLVIDA COMPONENTIVM.

S. 925.

In difquirenda corporum natura ad elementa regredi, et ex his mixta, ex varia eorum proportione formata diiudicare, difficillima, immo impoffibilis res est. Licet enim per attentam particularum aggregatarum confiderationem, quasdam mixtorum affectiones, hariolari potius, quam definire queamus, obfcurae tamen funt ideae, quae vix aliquam claritatem adipifcuntur: hinc varia, quae hac in re circe

MORBORVM ESSENTIALIBVS. 11

eirca pathologicam minimorum mixtorum explicationem tentata sunt, indicare facilius quam, ad certam cognitionem deducere poterimus.

§. 926.

Basin corporum nostrorum efficit terrea particula, quae cum aquosa intimius coniuncta salinam constituit et ita ad oleosam soluendam sibique uniendam apta redditur. Quae particulae omnes vera in proportione et in variis corporis partibus, et in variis corporibus suo modo mixtae, particularum nisus regulares, indeque aequabiles motus et veram fanitatis ideam in qualibet particula mixti fistunt. Hinc sola proportio mixtionis in particulis aggregatis laesa, morbum, nisus irregulares efficiendo, inducit, qui tamen vario modo se exferit.

S. 927.

Cum vero peruersa haec mixtionis ratio in se confiderari nequeat, eruamus effectus inde prouenientes, densitatis et raritatis, elasticitatis atque molis auctae et imminutae, nisus maioris et minoris inde dependentis; et ratiocinando magis quam experiundo morbosas dispositiones a minimis corporis partibus incipientes, rite deducamus.

S: 928.

Minima itaque aggregati particula iufto denfior dicitur, fi moleculae componentes, in arctius fpatium contractae, materiam propriam nimis copiofam obtinent, interlabentem vero excludunt. Talis particula, in fluidis mota, impetu fuo in vicinas vehementius agit easque refoluit, in folidis autem, cum vicinis connexa, non aequabiliter cohaeret. Rarior

rior vero non adeo arcte compacta particula, materiam interlabentem copiofius admittens, facilius in mixtione fua refoluitur, et folidis appofita non arcte fatis adhaeret.

5. 929.

Ex his elasticitas declaratur, illa scilicet vis particularum, qua compressae in pristinum statum redire nituntur, per quam ideo nisus particularum in se inuicem definiuntur; absolute enim durae particulae, quae ulterius comprimi non possiunt, vix in uniuerso dantur, neque in nostro corpore etiam in morboso statu inueniuntur. Duritiei tamen diuersi gradus dantur, quibus elasticitas augetur et non nunquam in morbum vertitur; uti et contrarium statum mollitiei fiue elasticitatis imminutae in particulis, solida et studa componentibus, inueniri posse concedimus.

S. -930.

Moles particularum feu carundem volumen augeri minuique poteft, ita, ut, licet mixtio aequabilis fit et elementa in iufta proportione cohaereant, magnitudo tamen ea non fit, quae ad aequales aggregati particulas conftituendas conuenit. Simili ratione et figura particularum variare poteft, ad quam tamen fenfus nos non deducunt, cum fphaerica in omnibus corporis noftri humoribus admifía, nec femper certo definiri, nec receffus ab ea in aliam quamlibet morbofam euidenter indicari queat.

5. 931.

Licet igitur certum sit, in his primis, corpus componentibus, particulis mutationes morbosas omnino deprehendi, claram eae tamen morborum cogni-

MORBORVM ESSENTIALIBVS 13

cognitionem nobis non suppeditant. Relinquamus aliis elementarium, mixtarum, et aggregatarum particularum disquisitionem ex affectionibus corporum uniuersalibus determinandam; nos ad compositas progrediemur, quae nostris sensibus magis patent, vel proxime ex certis experientiis genuino ratiocinio deduci possunt, et morbosas conditiones, in solidis et fluidis separatim consideratas, examinabimus.

SECTIO II.

DE MORBIS FLVIDORVM.

§. 932.

Collectionem particularum aggregatarum, quae ita inter fe conaerent, ut pondus, pilo circiter aequale, feparationem earum efficiat, fluidum conftituere in genere affumimus, §. 137. et aquam potiffimum, copiofius admixtam, hanc dispositionem in fluidis corporis nostri perficere cognoscimus §.138. simulque declaramus, fluida, quae solidas partes in corpore nostro semper exsuperant §. 241. in diuersis temperamentis diuersam indolem servare §. 635. quae tamen diuersitas, dum modo solidis proportionata sit, fanitatem non laedit, §. 626. hinc laesam tantum eorum proportionem et ad solida relationem morbos humorum inducere certum est.

5. 933.

Confideratur vero haec proportio laesa in quantitate et qualitate: priorem in humoribus collectiue sumtis, respectu ad solida continentia assuminus; alteram in fingulis particulis aggregati, ratione molecula-

lecularum mixti variantium disquirere deberemus, fed quia ex dictis in sectione praecedenti hanc cognitionem obscuram deprehendimus, eam tantum in humoribus, collectiue sumtis, consideramus, ita, ut ex quibusdam affectionibus eorum, per experientiam observatis, depravata mixtio non quidem accurate demonstretur, sed cum aliqua probabilitate admittatur.

§. 934.

Sistit vero quantitas laesa vel copiam, vel inopiam humorum, scilicet plethoram et zevea yyesav, qualitas vero laesa depravationem humorum siue cacochymiam exhibet, quae in varias species iterum distinguitur. De quibus quidem omnibus nunc sigillatim agendum erit.

§. 935.

Sanguis eft humor corporis uniuerfalis; hinc plethora ut plurimum appellatur fanguinis boni abundantia; nos vero in plethora definienda generalem ideam abundantiae humorum affumimus et inde differentias varias eruimus. Nulla vero abundantiae humorum idea datur, nifi laefionem actionum, licet leuem faepius fimul involuat, cum per hanc folam morbofa abundantia cognofcatur.

§. 936

Si rubicunda pars sanguinis, quam cruorem diximus §. 177. cum sero quidem aequabiliter unita est, sed moles haec sanguinis maior deprehenditur, quam quae a solidis contineri, et in motu ulteriori perficiendo superari possit, dicitur plethora vera, quae ideo, quoniam in genesi sua cum humorum depravatione non coniuncta est, unica et sola plethorae

MORBORVM ESSENTIALIBVS 15

thorae species dici meretur, etsi et haec intercedente temporis spatio corruptionem humorum inducit.

§. 937.

Illi autem verae, tres spurias quasi, plethorae species addere possumes. Prima est obesa, ubisucci nutritii, ex bono sanguine secreti, cum solidis non prorsus apponi queant, in caua et cellulas reponuntur easque distendunt. Secunda plethorae species a debilitate dici poterit, qua quidem copia humorum, in primis viis rite elaboratorum, per bonam chylificationem ad sanguinem deducitur, quae tamen, ob imbecillitatem neruosi systematis et defectum appositionis in minimis solidis, coerceri non potest, sed, licet massa humorum in seabundet, effectus verae plethorae producit. Tertia demum species est cacochymica, ubi humores corrupti abundant, quo in casu tamen magis ad qualitatem, quam ad copiam respiciendum est.

Distinguunt alii plethoram in eam, quae ad vires est, et in aliam, quae ad vasa deprehenditur, aptior vero nostra videtur distinctio, quoniam vasa ipsa vires, fluida mouentes, sistunt.

§. 938

Kevsayysía eft inopia fluidorum, quae in bona humorum indole non nifi post factam violentam evacuationem inducitur. v. c. maxima fanguinis profusione ex vulnere. Post graues etiam morbos, feliciter tamen superatos, saepius humorum inopia deprehenditur, quae tamen post crisin peractam qualitatem residui humoris, raro in peius mutatam, ostendit. Si vero humorum inopia ex nutritionis defectu

defectu lente inducitur, tunc humorum deprauatio fimul attendenda est.

S. 939.

Cacochymia est deprauatio fluidorum, ubi vel fanguis ipse, vel reliqui inde deducti humores, in mixtione sua et aggregatione particularum et globulorum coniunctorum a naturali statu recedunt. Licet enim solida, his nutrita, male afficiantur et cacochymiam ideo suscipiant, in origine mali tamen ad fluida potissimum respicimus. Generalis vero haec idea deprauationis humorum nos ad tres differentias morbosa ducit, nimirum ad tenuitatem, spissitudinem et acrimoniam humorum.

§. 640.

Tenuitas nimia fluidorum adeffe dicitur, fi ferofa pars fanguinis et reliquorum humorum nimium augetur. Rariffime quidem ita affumi poteft, ut aquofa pars, reliquis particulis, humores conftituentibus, aequabiliter et intime admixta fit, fed faepius ita fe habere videtur, ut ferum, non prorfus admixtum, aggregatas fluidorum partes nimium diffoluat, et earum interstitiis fefe interponat. Poffet itaque cacochymia ferofa fiue aquofa appellari.

§. 941.

Spissitudo nimia fluidorum praesens cognoscitur, si particulae inertes et immobiles, hoe est, terrestres in sanguine cum humorum tenuiorum defectu nimium augentur. Cum vero terrestres particulae nunquam solae sint, sed a reliquis admixtis varietas introducatur, mixtionis proportio in ulteriore spissitudinis disquisitione attendenda est. Ne vero in ea re disquirenda nimis subtiles simus, distinctio-

MORBORVM ESSENTIALIBVS. 17

stinctionem tantum in cacochymiam pituitosam et atrabilariam attentius disquiramus.

§. 942.

Pituitola cacochymia particulas terrestres, cum aquosis peculiari modo coniunctas, sistit, ita, ut oleosae et salinae parcius tantum intercedant. Videmus quidem hanc humorum spissitudinem in naturali statu, si ex glandulis solliculosis mucosus humor, aliquam ibi moram passus, excernitur, sed ipsam fanguinis massam et reliquos humores, inde deductos, similem mutationem suscipere et inde uberiorem prouentum glutinosi in reliquis humoribus oriri posse, experientia docet,

S. 943.

Atrabilaria cacochymia quoque particularum terreftrium abundantiam indicat, quae vero oleofis et falinis partibus ita coniunctae funt, ut aquofas vix in mixtionem recipiant, inde quidem fanguis rubicundus potiffimum atrabilarius et fpiffus dicitur, fed et reliqui inde deducti humores minus rite elaborantur, atque ita fimili forte labe inquinantur. Atram bilem veterum vix accuratius explicari poste, ex phaenomenis patet.

§. 944.

Acrimoniae idea ex figura particularum defumenda est, quam, cum nec in mixtis, nec in aggregatis humorum particulis accurate definire queamus, nunquam, ut decet, perspicimus, aliquam tamen definitionem acrimoniae exhibemus, si ex natura particularum, quae ex chemico examine patent, ad diuerfam earum mixtionem, in corpore aegroto depre-Patholog. B henden-

hendendam, concludimus. Cum itaque terreftribus, aquofis et oleofis particulis, in fe confideratis, acrimoniam adferibere nequeamus, falinis illam omnino tribuimus, et inde differentias acrimoniae praecipuas conftituimus.

» §. 945.

Acrimonia falina, fi copiam falium confideres, quae chemia evoluit, infignem differentiarum numerum nobis subministrat, sed cum earundem definitio difficilior omnino foret, reliquis omissis, in maxime cognitis, scilicet acidis muriaticis et alcalinis subsistemus, et illis oleosam rancidam, quae ex oleosis exustis oritur, addemus.

Acrimoniae mechanicae idea huc non reducatur, licet enim interdum vitrum contufum et alia acrimoniae vehementiffimae effectus in primis viis ptoducant, particulae tamen a venenis et aliis corporibus externis illatae, nec in humoribus ipfis genitae, a figurae acutae et laedentis ratione magis quam a mixtione declarari poffunt.

§. 946.

Ex infigni vegetabilium, quibus vescimur, numero plurima in acidum vergunt; hinc saepius acidum non tantum in canali alimentorum haeret, sed ad secundas quoque vias deducitur. In canali alimentorum, ex quo ipsa vegetabilia saepius semidigesta excernuntur. acidum facile dignoscitur, in sanguine vero vix adeo manifestum, in lymphae potius viis variis signis, in primis coagulo se prodit. Cacochymia igitur acida reliquias particularum vegetabilium salinarum, in corpore non satis subactas, nobis sisti.

§. 947.

§. 947.

Plurimi homines condimentum falis communis cum cibis. §. 761. et non nulli fal copiofe affumunt, licet vero illud non tantum in primis, fed et in fecundis viis partim fubigatur, partim feparetur, tamen, vel ob copiam falinarum particularum, vel ob defectum fluidi foluentis, vel ob inertiam folidorum non fatis immutari poteft, hinc remanentes in humoribus particulae cacochymiam muriaticam efficiunt.

§. 948.

Alcalina fixa falia non facile in tanta copia affumuntur, ut acrimonia inde oriri poffit, fed victus animalis §. 746. et non nullae plantae alcalinae volatiles. §. 764. 765. hanc acrimoniam introducere videntur, ea vero tunc demum augetur, fi circulatio humorum violentior particulas fanguinis et feri ita refoluit, ut ad alcalefcentiam difponantur. Et facilius forte fal ammoniacale produci poterat, cum fal commune, alcalinis volatilibus partibus iungendum, in corpore adfit, ut itaque hanc cacochymiam alcalino volatilem vel ammoniacalem dicere queamus.

S. 949.

Haec certe ultima acrimoniae falinae species magis, quam alia, cum oleosis subtilibus redditis particulis iuncta, peculiarem et nouam quasi oleosae et rancidae acrimoniae speciem producere valet, quae in bile acri facta potissimum se sisti, et in primis aeque ac secundis viis observatur; quam cacochymiam, oleosam rancidam sue biliosam appellamus.

5. 950.

Non quidem negandum est, dari adhuc maiorem differentiam acrimoniarum, quae tamen ideo forte omitti poterunt, quoniam cum dictis infignem conuenientiam habent. Nos etiam, cum ex compositionis natura eo non pertingere possimus, ut ad intima penetremus, ex causis tantum indolem earundem examinauimus. Tandem monemus, acres particulas in globulis humorum saepius latere, et tunc demum cognosci, ubi exsuperant, et latera vaforum, per quae ducuntur, irritant; hinc in sero et lympha magis, quam in sanguine rubicundo effe-Etus suos edunt.

Acrimoniae, ex his compositae, vel spissitudine humorum accedente genitae, hic recenseri nequeunt; licet enim raro una tantum cacochymiae species adsit, in ea tamen, quae a nobis pertractatur, pathologiae parte distinctim omnino considerari merentur.

3011-1105 3011-1105 3011-1105 3011-1105 3011-1105 3011-1105 3011-1105 3011-1105 3011-1105

SECTIO III. DE MORBIS SOLIDORVM.

S. 951.

Fluidorum partes folidis apponuntur; hinc digeftionis, chylificationis reliquarumque actionum vitia, in nutritione ultima a fluidis ad folida transferuntur; fed cum in ipfo appofitionis et affimilationis modo folida propriam quafi naturam induant, et tali cohaefionis gradu gaudere debeant, quem pondus particularum aggregati, pifo circiter aequale, fuperare nequeat. ex hac faltim indole folida in morbis quoque diiudicanda funt.

§. 952.

MORBORVM ESSENTIALIBVS. 21

§. 952.

Nifus aequalis particularum in fe inuicem folidorum fanitatem conftituit. Hinc particulae folidorum in morbis, vel nimis in fe inuicem nituntur, et folida ftricta fiue rigida dicuntur, vel parum in fe inuicem nituntur, et laxa folida appellantur. Hanc quidem differentiam ad temperamentorum diuerfa genera declaranda affumfimus, § 633. hic vero eandem, quoniam actiones laedit, tanquam morbofam confideramus, eique continui laefionem fiue feparationem particularum cohaerentium addimus.

\$. 953.

Rigida fibra nobis dicitur, in qua particulae terreftres ita abundant, ut intermedium gluten denfitate fua ad ipfam quafi terreftrium particularum indolem accedat. Tales fibrae minus mobiles et flexiles funt, et impetui fluidorum, cui quodam modo cedere deberent, nimis refiftunt; hinc motum fluidorum fenfim lentiorem reddunt, et tandem fufflaminant. Rigida igitur tunc demum dici meretur fibra, quando proportionatae fluidorum actioni nec cedere fatis, nec apte reagere valet.

§. 954.

Contrarius status dicitur laxitas, in qua particulae, fibram componentes, ita inter se conserent, ut rerrestres, basin quasi fibrae, constituentes, eandem ferme raritatem habeant, quam interposito glutini adscribimus; hinc fibrae laxae a stuidis impulfis ita distenduntur, ut vix resistere queant, sed contrario, ac de fibrarigida §. 953. diximus, modo, fluidorum lentorem et immobilitatem inducant.

Tanta laxitas corporis, qua cohaefio particularum eius tam parua fit, ut fluidi indolem acquirere poffit, non B 2 affumi-

assumitur unquam, quoniam in omni et infantili quoque corpore, tot fibrae densae iam formatae et reliquis interpositae sunt, quae tali resolutioni resistant.

His ipfis declaratur idea ftricti et laxi, quatenus a folo nifu particularum, folida componentium in fe inuicem, hoc eft, ab elafticitate pendent. Hine et robur fibrarum compofitarum auctum et laxitas fimilis intelliguntur; gradus vero, qui morbum demum inducunt, vix definiri poffunt, in primis, cum in fibra animali, quae compofita affumitur, non elafticitas tantum, ex his caufis pendens, fed vitalis quoque vis accedat, quae, licet ab aliquo fluido, nerueo fcilicet, dependeat, in folidis tamen fingulari modo confpicua eft.

S. 956.

Influxus fluidi neruei fibram quamlibet animalem ad motum difponit, et licet mutatio haec tantum in mufculofis fibris euidens fit, attamen et aliae corporis fibrae, quae mufculofa fabrica vix inftructae effe videntur, v. c. minima vafa cutanea et membranae tendineae, fluidi eius ingreffum et motum, inde pendentem quodam modo experiuntur. Hie vero vitalis motus, in morbofo ftatu auctus, fpafmum, imminutus debilitatem fibrarum producit.

S. 957.

Spafmus eft violenta fibrae constrictio, a fluido nerueo vehementius irruente dependens, ubi quidem in fibra animali, ex simplicioribus fibris rigidis composita, durities et inertia inducitur, in fibra vero laxa contractio violenta, ab illo fluido vehementius impulso, quidem praestatur, sed cum tremore, et mox

MORBORVM ESSENTIALIBVS. 23

mox subsequente virium defectu, et fibrae ipsius flacciditate. Fibris vero quibusdam, per spasmum constrictis, aliae vicinae tenduntur; inde in omni spasmo tensio.

S. 958.

Debilitas fynonymum ab aliis effe iudicatur laxitatis, nos vero vocabulo hoc utimur ad motus vitalis languorem declarandum, qui ab influxu lentiore vel parciore fluidi neruei oritur. Debilitas itaque locum habet in fibra rigida et laxa, et vario modo fe exferit, ubi virium vitae celerem proftrationem obferuamus. Licet vero phaenomena haec certa obferuatione confirmentur, difficilius tamen explicantur, quia fluidi neruei natura in phyfiologicis accurate declarari nequit, et nos, quousque ipfa indoles fluidi vel motus tantum mutationem inducat, definire haud poffumus,

5. 959.

Si fibrae cuiuslibet, vel fimplicis vel compofitae, inter fe cohaerentes particulae vel ob nimiam tenfionem, vel ob acre interpofitum diffoluens, ex nexu fuo turbantur, oritur laefio continui, quam unitatem folutam fiue vulnus appellare folemus, quod in partibus compofitis melius cognofcimus et ulterius diffinguimus.

5. 960.

Ex fibris, iuxta fe inuicem in planitie pofitis, membrana, ex membrana conuoluta canalis componitur, ac utraque pars vel ex fibris fimplicissimis vel iam compositis formatur; solida itaque praeter morbos fibrae, in se spectatae, ex eo, quod cautatem formant, alia adhuc cauitatis auctae et imminutae vi-

tia

tia suscipere valent, de quibus in generali hac solidorum morbosorum tractatione adhuc agendum est.

Cauitas vero canalis triplici ratione augeri poteft, scilicet, 1) in $dva50\mu\omega\sigma \varepsilon i$, si orificia canalium, in superficie corporis externa maioris cauitatis hiantia, nimium ampliantur et nimium inde humorum eorumque, qui coerceri debebant, copiam dimittunt. 2) in $\delta_{i\alpha\pi\eta\delta\eta\sigma\varepsilon i}$, si fibrae, latera canalis componentes, a se inuicem secedunt, ita, ut fluida contenta canalem distendere et tandem per interstitia facta in caua cellularia transsudare possint. 3) in $\delta_{i\alpha\mu\rho\sigma\varepsilon i}$, quae vera ruptura canalis et plenaria secession fibrarum componentium est, et ex antecedentibus binis iam cognoscitur.

§. 962.

Cauitates canalium vel imminuntur, vel prorfus tolluntur 1) ab obstructione, si humor traiiciendus quocunque modo spissior et immeabilis redditur, et transitum humoris sequentis impedit, quae interstig dicitur: 2) a compressione, si tumor enatus latera canalis ita comprimit, ut fluida transmittere nequeant. Dicitur vero sevoxwera in eo cafu, ubi tumor in ipfis canalis parietibus haeret, et Artus, ubi tumor canali vicinus deprehenditur: 3) a collapíu, fi fluida, quae canalem distendunt, in vicina caua subito et cum impetu effunduntur, et latera canalis collabuntur, quod ouvignous appellant. Spalmus fibrarum, canalem componentium, cauitatem per aliquod tempus imminuit, nunquam tollir.

6.963.

MORBORVM ESSENTIALIBVS. 25

S. 963.

In triplici hoc casu canalis prorsus definit effe canalis, et, vel fibris eius omnibus inter se, vel cum stagnante humore coalitis, vera oritur oup ours, fiue laterum coalitus et in densiorem et compositam magis fibram concretio. Quamuis etiam fimilis vasorum mutatio, successur temporis, ab humorum motu, per senectutis naturam, lentiore facto in omnibus hominibus, et sanis quoque eueniat, et ideo vix morbosa dici possit, ex hac tamen canalium concretione nimis aucta, senilia corpora tandem ad morbos et mortem naturalem inde pendentem disponuntur.

SECTIO IV.

DE MORBIS PARTIVM COMPOSITA-RVM, VISCERA ET ORGANA CON-STITVENTIVM.

§. 964.

A compositas magis humani corporis partes accedimus. Omnes eius machinas particulares, quae ex eo, quod fluida per vasa easdem componentia mouent, vel alia ratione actionem quandam perficiunt, viscera et organa dicuntur, generatim confideramus, et quo modo morbi in iis oriri possint declaramus. Attendimus autem, primo ad fabricam laesam, deinde ad motum fluidorum per solida morbosum, eorumque copiam vel auctam vel imminutam, indolemque deprauatam, tandem ad fluida, in solidis subsistentia et cum his corrupta.

5. 965.

§. 965.

In fabrica viscerum et organorum laesa ad solida praecipue respicimus, licet et fluida in his moueantur. Solidarum itaque partium coordinatio, in se considerata, siguram, numerum, magnitudinem, proportionem, situm et nexum earum indicat, quae su modo cuncta a statu naturali recedere possunt.

S. 966.

Figura est limes extensi; in ca igitur laesa ad lineas, viscera et partes circumscribentes, et visium inde ortum attendimus, e.g. superficiem ossium, inter se iunctorum, mutatam in gibbosis, ubi corpora vertebrarum ab una parte magis compressa superssente supersona existent.

S. 967.

Numerus partium componentium interdum augetur, interdum minuitur, id, quod in monstrofis corporibus cum euidenti saepius actionis laesione fit; interdum vero dum modo fabrica non mutetur, actio vix laeditur, v. c. testiculus simplex vel triplex, dentes interdum deficientes vel duplices, interdum autem ad varietatem structurae corporum pertinet, ut arteria vel vena duplicata vel deficiens.

§. 968.

Magnitudo in diuersis hominibus varia est, hinc fine proportione fimul considerata, tanquam morbosa assume the second second second second second intestina, per partes contracta, proportionatam magnitudinem laedunt. In hydrocephalo et vario hydrope magnitudo partium, a suido extra vasa misso, contra naturam augetur; ab omni obstructione

MORBORVM ESSENTIALIBVS. 27

ne tumor et inde magnitudo aucta, in defectu fuccorum exinanitio valorum, magnitudo imminuta fiue marcor.

S. 969.

Situs morbole mutatus aflumitur, fi vera coordinatio partium non obleruatur. Inteftina interdum morbole collocantur in herniis, vilcera omnia, raro tamen, inverlo ordine collocata inueniuntur, vel unum alterumque per tumores proternaturales ex fede fua dimotum fuit, id, quod in valis, neruis, mulculis et tendinibus saepe innuli quoque ratione contigit.

§. 970.

Nectunt partes ligamenta et contextus cellulofus intercurrens; fi igitur haec vel nimium extenduntur, vel nimium corrugantur, actio inde pendens vel prorfus non, vel difficulter perficitur. Frenulum linguae, longius productum, coalitio partium morbofa, in abdominalibus vifceribus obferuata, immobilitas membrorum, a tendinibus cum cute, post contextus cellulosi destructionem coalitis, et alia exempla hoc fatis illustrant; ipfa laesionis continui et vulneris confideratio varia nexus laesi specimina exhibebit.

5. 971.

Vulnus in partibus folidis confideratur et est unionis solutio, cuius differentia varie definitur: in duris enim ossibus fractum vel sisfura, in mollioribus partibus vulnus, stricte sic dictum, appellatur, attamen pro discrimine causae eiusque applicationis varia nomina obtinet, puncturae, fissurae, dilacerationis, contussionis, erosionis et rupturae, quae vel ratione exter-

28 PARS I. CAP. II. DE DIFFERENTIIS

externae et internae causae, vel ratione instrumenti laedentis varie distinguuntur.

S. 972.

Haec cuncta quidem veros morbos fiftunt, quoniam hominis lani fabricam, per anatomen et phyfiologiam cognitam, inuertunt, interdum tamen fine euidenti actionum laefione obferuantur, cum motus in partibus, etiam non rite dispositis, actiones quidem paulo mutatas sistat, attamen laefionem actionum uniuersalium non inferat, interdum vero varia vitae incommoda inde oriuntur, quae non nunquam ex consuetudine sensim inducta quodam modo corriguntur.

\$. 973.

Si in partibus compositis ad humores contentos fimul respicimus, tunc eos vel celerius vel lentius moueri posse observamus. Motum celeriorem in circulo humorum uniuersali febrem in generali fignificatu sumtam, dicimus, motum vero lentiorem lentorem humorum appellamus, qui ad successive natam et sensim paulatimque austam obstructionem ducit, cuius quidem mutationis morbosae naturam in causis et effectibus plenius examinabimus.

S. 974.

Porro quoque in partibus compositis ad humores, morbole auctos vel imminutos, ad corruptionem eorundem et tandem ad errorem loci respicimus. Priora maximam partem ex iis repetenda sunt, quae de humorum vitiis paulo ante declarauimus §. sequ ultima vero conditio potissimum hic consideranda est, ubi obstructionem et extravasationem humorum in primis attendimus.

5. 975.

MORBORVM ESSENTIALIBVS. 29

S. 975.

Humor spissior, in augusta vasa duæus, obstrutaionem, vel leuiorem eius gradum, quem infartaum dicere solemus, declarat. Cruor seu sanguis rubicundus, in vasa teneriora, serum et lympham alias vehentia, induæus, eadem obstruit, et ob violentiorem sanguinis, a tergo sequentis impulsum, et ob spasmum sibrarum, canalem obstructum constituentium, utrumque a vi vitae excitatum inflammationis ideam efficit, quam in parte affecta durities, calor, et dolor concomitantur.

§. 976.

Sanguis, ita in vafis haerens, fi bonam mixtionem obtinet, nec acrimonia infigni peccat, in pus mutatur et abscellum fistit; fi vero acris deprehenditur et in contextibus cellularibus talem lympham deponit, in putredinem abit et motu vitali, aliquantisper sublato, gangraenam efficit, tandem, fi solidiores et compositas partes, ut musculos et viscera, fimul destruit, et corruptionis labem iis inducit, sphaceli ideam fistit.

S. 977.

Et ferum et lympha interdum stagnant, idque si in glandulis aut similis texturae partibus eueniat, tum illa ab initio lentescunt, post modum teneros eorum tubulos prorsus occludunt et cum iis, quasi in unam massam concrescendo, durum formant tumorem, quem scirrhum appellamus, qui diu saepius in corporibus occultus haeret, interdum vero, ab aliqua causa externa internave irritatus, cancrum producit, qui destructionem partis cum plenaria et fingulari prorsus humorum corruptione efficit.

5.978.

30 PARS I. CAP. III. DE DIFFERENTIIS

§. 978.

Si quocunque modo corrupti humores in vulnere haerent, partes folidae vicinae laeduntur, irritantur, crifpantur vulnerisque fuperficies impura fit atque fordida. Tales laefiones in partibus folidis mollioribus ulcera dicimus, quae vel oculis patent, vel in angustos finus excurrunt, quo in cafu ulcera finuosa, fique superficies callosa facta fuerit, fistulae dicuntur, in offibus vero laminarum corruptionem et separationem fiue cariem inducunt.

S. 979.

In extrauafatis humoribus ad ipfum humorem contentum, et interdum ad cauum, in quod illi excurrunt, refpicimus. Sanguinis ex ruptis vafis effufio in caua cellularia fugillatio appellatur. Serum aut lympha in fimilia loca effufa oedematis, in caua maiora delata hydropis, in genere confiderati, ideam exprimunt. Fluidum aereum, in cellulas effufum producit emphyfema.

41 18 41 18 41 18 41 16 41 16 41 16 41 16 41 18 41 18 41 18

CAPVT III. DE DIFFERENTIIS MORBORVM ACCIDENTALIBVS.

§. 980.

Ex iis, quae in capite antecedenti expoluimus, vera morborum, in partibus corporis variis haerentium, indoles et natura cognoleitur et diiudicatur. Dum vero hi morbi, 'ex luis caulis oriundi, varios producunt effectus, medici varias conditiones accidentales in iis obleruant, ex quibus certas quas-

MORBORVM ACCIDENTALIBVS. 34

quasdam illorum classes constituere solent; quae itaque, licet morbi naturam non declarent, sed tantum vocabula, ad quasdam differentias morborum explicandas, a medicis assumta, comprehendant, prorsus negligendae non sunt.

§. 981.

Diuidunt vero medici morbos compositos ratione causae in idiopathicos, et porro in acquisitos, contagios, haereditarios, connatos et habituales; ratione subiecti in uniuersales et particulares; ratione temporis, praeter acutos et chronicos, in continentes, remittentes et intermittentes, prout nimirum diuersa stadia ipsius morborum decursus emetiuntur, et ratione effectus tandem praecipue confiderant mutationem eorum in fanitatem aut alios morbos aut mortem. Quae omnia per exempla adducta nunc paululum declaranda sunt.

S. 982.

Idiopathicus dicitur morbus, fi caufa eiusdem in parte affecta ipfa haereat; fympathicus vero, fi caufa, in vicina vel alia remotiore parte haerens, morbum per confenfum producat. Cephalalgia v. c. idiopathica eft, fi acris humor et cerebrum et membranas eius vehementer irritat; fi vero eadem ex faburra, in primis viis haerente, oritur fymptomatica fiue fympathica dicitur.

S. 983.

Huc forte reduci possunt morbi protopathici, qui primum generantur, et deuteropathici, qui ex alio praecedenti ortum suum trahunt; sic v. c. colicus dolor ex ipsa saburra acrium humorum, in primis

32 PARS I. CAP III. DE DIFFERENTIIS

mis viis praesentium, oritur, interdum tamen a renibus male affectis in colica nephritica per consenfum excitatur, ita, ut a renibus, spassice vexatis, intestina quoque spasmo afficiantur.

§. 984.

Acquisiti dicuntur morbi, qui per varias causas occafionales deprauationem fluidorum et solidorum in homine fano producunt, e.g. haemoptoe, febres catarrhales: Huc quoque referri poffunt contagiofi, quorum causa in aëre vel contactu impuri corporis posita est. Hereditarii vero sunt, qui a labe humorum potissimum a parentibus ad infantes deducti oriuntur, ut affectus arthritici et phthisis. Connati vel cum his conueniunt, ut in infante lue venerea affecto, vel malam conformationem in folidis. iam in utero factam, et deprauationem fluidorum ibidem inductam, declarant, e.g. leporinum labium et icterus. Habituales randem dicuntur morbi, quorum una caula semper haeret in corpore, quae alia accedente morbum quendam saepius producit, ut purpura scorbutica.

S. 985.

Cum omnes homines morbis fint obnoxii, affumendae ratione fubiecti differentiae vix definiri poterunt; praeter aetatis enim et fexus diuerfimorbos varia vitae genera causas alunt, ex quibus magis, quam ex aliis, differentia morborum declaratur, e. g. morbi grauidarum, puerperarum, vel etiam tot diuerfi morbi in opificibus variis oriundi, figulorum, pellionum.

MORBORVM ACCIDENTALIBVS, 33

§. 986.

Ratione subiecti praecipue attendenda est ea distinctio, qua morbi in particulares et uniuersales diuiduntur. Illi apto vocabulo sporadici dicuntur, quoniam hinc inde inter incolas regionum disseminati sunt; hi vero, qui copiosius observantur, et in populo quodam grassantur, endemii et epidemici dicuntur et ita distinguuntur, ut endemios morbos tales dicamus, qui certis quibusdam regionibus et populis proprii sunt, ut plica polonica; epidemicos vero, qui uno eodemque tempore plures in populo aggrediuntur, ut variae febres malignae ipsaque pestis.

§. 987.

Morbi, ratione temporis confiderati, ratione anni temporum in vernales, aeftiuos, auctumnales et hibernos diftinguuntur, quae tamen diftinctio uniuerfalis non eft, fed ex diuerfis orbis terrarum climatibus et fitu regionum aliisque circumftantiis diiudicari debet. Magis vero ad durationem vel morbi ipfius vel partialium eius exacerbationum fiue paroxyfmorum refpicimus, et fingularem morborum progreffum per definita ftadia emetimur.

S. 938.

Ratione durationis, in genere confideratae, morbi appellantur 1) acutiffimi, qui vel in ipfo ingreffu morbi necant, vel intra quartum diem terminantur, ut apoplexia, haemorrhagiae enormes et peftis; 2) peracuti, qui ad feptimum faepius diem durant, ut febres variae malignae; 3) acuti, qui nono, decimo quarto vel vicefimo primo die demum foluuntur, ut febres variae; 4) chronici tandem dicuntur, qui Patholog. C defi-

34 PARS I. CAP.III. DE DIFFERENTIIS

definitum durationis tempus non habent, sed per annos saepius homines excruciant, ut scabies, febres intermittentes.

S. 989.

Ratione paroxyfmorum fiue exacerbationum febres potiffimum, nec non alios morbos diftinguimus 1) in continentes, qui ab initio ufque ad finem vel aequali impetu facuiunt, vel fenfim aucti progrediuntur, et fine notabili interuallo remiffionis cuiusdam fenfim quoque imminuti finiuntur; 2) in remittentes, qui vulgo continui dicuntur, ubi vis morbi quodam modo a violentia fua remittir, fed per interualla iterum exacerbatur; 3) in intermittentes, qui per interualla homines aggrediuntur, paulo post prorsus intermittunt et denuo iterum inuadunt aegrum.

§. 990.

Singularem morbi decurfum per definita ftadia ita defcribimus, ut initium eius effe dicamus, ubi per phaenomena etiamfi leuiora fe manifeftat morbus; progreffum vero appellemus, fi vel nouae caufae accedunt, vel iam praefentes agere pergunt, aut violentiores fiunt, ideoque fymptomata augent; ftatum vero ibi ponamus, ubi vis morbi ad fummum gradum producta futurae mutationis indicia praebet; decrementum tandem, ubi fymptomata multa ceffant, alia vero imminuuntur, atque finem dicimus, ubi corpus fanitatis reftitutae reddit indicia.

§. 991.

Ratione effectus tandem morbi diiudicantur, quatenus vel fanitate, vel morte finiuntur. Dicun-

MORBORVM ACCIDENTALIBVS. 35

tur itaque 1) falubres, qui motibus praeternaturalibus, in corpore ad tempus excitatis, his ipfis materiam peccantem, feu id, quod iam morbolae indolis eff atque in corpore praeexistit, mutant et eliminant, ita quidem, ut benigni appellentur, qui in his motibus vires vitae non adeo prosternunt, maligni vero, qui subito vires deiiciunt, maximamque saepius debilitatem efficiunt; 2) fanabiles appellantur, qui fine accessu peioris mali per vires vitae, regimen conueniens et medicamenta apta debellantur; insanabiles vero, qui nec naturae, nec medicamentorum viribus cedunt; letales tandem dicuntur, qui vel fubitaneam, vel certam etiam, licet quodam modo protractam, mortem inferunt.

PARS

36 PARS II. CAP. I DE CAVSIS

PARSII. AETIOLOGIA SIVE DOCTRINA DE CAVSIS MOR-BORVM.

§. 992.

Vt omnes corporum mutationes a caufis fuis definiuntur, fic quoque morbi rationem fuae praefentiae ex caufis quibusdam repetunt, ex quibus variae agere incipiunt, ante quam morbi ipfi in fenfus cadunt. Vna ex his caufis raro fola percipitur, earum vero concurfus et varia applicatio demum morbum praefentem faciunt. Recenfebimus itaque primo diftinctiones caufarum, a medicis practicis affumtas, et paulo post eum ordinem fequemur, ad quem fcrutinium caufarum optime fuscipi posse existimamus.

CAPVT I.

DE CAVSIS MORBORVM IN GENERE.

§. 993.

Id, quod mutationum, in corpore fano occurrentium, rationem in se continet, causa fanitatis dicitur; hinc in aegroto quoque corpore rationes mu-

MOREORVM IN GENERE.

37

mutationum morbofarum, hoc est. causas disquirere conuenit. Qua in re iplae, quae fanitatem efficiunt, causae accurate attendendae, et in iis mutatis rationes morborum quaerendae sunt.

\$. 994.

Semper vero caula morbi est res quaedam phyfica, cum corpus nostrum non nisi per aliquam rem corpoream mutari possir: quod si enim quis morbos, ab imaginatione oriundos in contrariae fententiae probationem adducere vellet, illorum tamen ratio a vehementi sensatione petenda, et ita exactione quadam corporea declaranda forer, cum ea aut in folida, aut in fluida, aut in utraque vi sua agat.

6. 995.

Quando itaque ad caufarum origines respicimus, alias externas, alias internas appellamus. Corpora enim, extra nos posita, corpori nostro vario modo posse applicari certum est, ita, ut, debito sub moderamine applicata, illud conferuent vel ad minimum idem non laedant, eidem vero in minus conuenienti applicatione noceant. Cum autem tales corporis nostri mutationes inde producantur, quae a regulis sanitatis recedunt, tum internae oriuntur caulae.

§. 996.

Eae causae dicuntur remotae, quae, sigillatim confideratae, morbum non conftituunt, nisi aliae accedant, occasionales quoque dicendae, sed corpus saltem ad suscipiendum morbum disponunt et absque euidenti mutatione et in illud agere et in co perfistere possunt. Quando vero effectus earum C 3 caula-

38 PARS II. CAP. I. DE CAVSIS

caularum euidentius le produnt, tunc rationem fiue caulam morbi proximam producunt.

5. 997.

Primas itaque caufas dicere poffumus occafionales, quae ex neglectu regularum diaeteticarum potiffimum oriuntur, ita, ut vel peregrinae partes ingerantur, aut minus apte applicentur, vel motus corporis interni, non ita, uti dicet, perficiantur. Alteras praedifponentes appellamus, quae in partibus, corpus componentibus, fenfim fubfiftunt et illud ipfum a fanitatis ftatu magis magisque recedere faciunt. Sic victus glutinofus humorum fpiffitudinem producit: Ille eft caufa occafionalis, haec praedifponens.

Diffinctio harum caufarum in procatarcticas et proegumenas vix attendenda est, cum utrumque vocabulum ideam remotae caufae tantum exhibeat.

§. 998.

Occafionalibus morborum caufis femper obnoxii fumus, ita, ut aliquam quidem vel in fanis hominibus difpofitionem ad morbum producere queant; fi vero vires vitae, quae principes fanitatis caufae funt, in corpore adhuc vigent atque fortes funt, difpofitio ad morbos inducta faepius fenfim fenfimque per alias et contrarias caufas corrigitur, ita, ut fanitas diu conferuari queat, licet caufae quaedam morborum praefentes et actiuae fint. Sic victus glutinofus non statim producit spissitudinem, quoniam alia alimenta fimul assuma, fale et aromatibus condita, et potulenta spirituofa glutinosum quodam modo soluunt et immutant.

5. 999.

§. 999.

Quando vero caufa praedifponens magis iam fixa haeret, neque ab actionibus vitae facile fuperari poteft, tunc occafionales, quae olim praedifponentem caufam inducebant, hanc iam exiftentem ita excitant, ut proxima morbi caufa, fiue ea folidorum et fluidorum mutatio, ex qua actiones laefae immediate dependent, producat. Humorum fpiffitudo v. c. a vifcido victu, immodice ingurgitato, ita augetur, ut lentor humorum circulationem fanguinis turbet, et febrem intermittentem inferat, quo in cafu ille lentor et caufa proxima febrilis morbi.

S. 1000.

Ex hac caularum recensione genesis morborum optime explicari posse, nec opus esse videtur caulas figillatim enarrare, cum occasionales in diaetetica, ut parte quarta physiologiae, praedisponentes vero et in temperamentorum explicatione, parte tertia capite tertio physiologiae, et in morborum generali et essentiali differentia, parte prima capite secundo pathologiae, causae vero proximae, quippe quae idem fere ens cum ipsis morbis constituunt, in hac ipsa morborum generali disquisitione cognosci et erui possint; sed multae funt et praegnantes rationes, quae hoc specialius causarum secutinium reddunt necessaria.

§. 1001.

Causae et effectus in mutationibus corporum ita se excipiunt, ut effectus primi nouas semper caufas constituant; hinc non incongruum erit, seriem causarum et effectuum, se inuicem excipientium, illustrare et ita modum geneseos morborum compo-C 4.

39

PARS II. CAP. II. DE CAVSIS

40

fitorum explicandae demonstrare; cum in natura morborum declaranda nihil adeo necessarium inueniatur, quam haec causarum inuestigatio. Hinc, licet multa alibi iam dicta in hac tractatione denuo occurrant, alio tamen ordine proponuntur et varia scitu digna hinc inde inseruntur.

CAPVT II. DE CAVSIS OCCASIONALIBVS.

S. 1002.

E orum quidem haud est inepta methodus, qui causas has ad normam sex rerum, non naturalium dictarum percurrere solent; quoniam vero nos effectus earum generales, praecipue sanitati conuenientes passim tamen et nociuos, in diaetetica fiue quarta physiologiae parte iam indicauimus, taediosa repetitione molesti este nolumus, quin potius omnes has causas occasionales contrahere et ideas quasdam generales laesionum, inde oriundarum, ex iis eruere studebimus, quo causarum et estectuum nexus eo melius perspiciatur.

9. 1003.

Omnes res, quae corpori applicantur, et in illud ingeruntur, nec non mutationes corporis, in variis eius actionibus obferuatae, in his caufis occafionalibus confiderari merentur. Priores vero proponi commodius vix poterunt, quam fi calorem et frigus declaremus et ratione alimentorum et potulentorum, in genere confideratorum, quantitatem eorum in nimia repletione et inedia, qualitatem autem, quoad

OCCASIONALIBVS.

ad aquolam, vilcidam, olcolam, rancidam, acidam, muriaticam, aromaticam, spirituolamque indolem attendamus; post ea heterogenea singularia, in aere, alimentis, medicamentis et venenis occurrentia, indicemus, tandem et actionem mechanicam corporum subiungamus.

§. 1004.

Ratione mutationum, in corpore ipfo occurrentium, et ab actionibus ipfius variis dependentium, et motum auctum et quietem nimiam, fomnum et vigilias fuo modo excedentes, et fe et excretiones humorum retinendorum et cohibitam euacuationem in humoribus excrementitiis, tandem animi affectuum vim expofituri fumus. Quod fi vero in tanta varietate rerum, non omnes morborum caufas figillatim exponere queamus, normam tamen exhibemus, ad quam et aliae, a nobis omiffae, indagari, et ampliore tractatione explicari poffunt.

§. 1005.

Calor nimius, qui vel a folis radiis in atmosphaera, vel in conclauibus artificiali igne, vel a stragulorum et vestimentorum copia atque conditione excitatur, corpora imbecilla reddit. Cum enim perspiratio et sudor nimis intendantur, subtilissima humida non tantum in superficie corporis, sed ex ipso fanguiue et reliquis humoribus, immo ex ipso fluido nerueo elicita dissipantur; solida vero laxantur, elongantur, et ob siccitatem ad motum inepta euadunt. Imminuitur itaque mobilitas suidorum, per corporis vasa ducendorum, hinc vigor corporis perit. Haec incommoda, quiete in aere temperato et potu sufficiente, breui tolluntur.

CS

S. 1006.

§. 1006.

Si vero corpus diutius et iterato hos primos caloris effectus experitur, mixtio fanguinis et humorum infigniter deprauatur; particulae enim terreftres, olcofis et falinis intimius iunguntur et in maffas ferme irrefolubiles abeunt, cum, aquofis et reliquis volatilibus ex mixtione diffipatis, accedens per potulenta fluidum in ipfam mixtionem non commode tranfire valeat. Solida enim, quae eam fuo modo debent iuuare, exfucca, quafi rigida et immobilia quoque redduntur, cum ex fanguine nimis condenfaro nec vafa minima nutritias particulas recipere, nec nerui, fluido ad vigorem corporis inftaurandum apto, repleri poffint.

§. 1007.

Concitati vero per continuatum calorem motus fanguinem, eo modo in fua mixtione laefum, circumducunt, et folida minima irritant, id, quod eo magis euenit, cum fluidum tenue deficiat, quod acres et morbofe mixtas particulas per fe et excretiones fubducere queat; hinc aluus ficca, urina parca, valde faturata, perfpiratio tandem fupprefia, augent malum. Acre itaque irritans fpafmos excitat, et in minimis vafis obftructio oritur, quibus tandem febres, continuae, acutae et inflammatoriae, excitantur.

§. 1008.

Nec frigoris effectus illis iam defcriptis adeo disfimiles sunt; nam subtilissima quoque dissipantur, et sanguis et reliqui inde deducti humores spissi redduntur; fibrae vero solidae, quae simul stringuntur, in condensando sanguine cooperantur. Pulmona-

OCCASIONALIBVS.

monalis autem perspiratio prae illa, quae in superficie corporis fit, intenditur; hinc spissitudo sanguinis et humorum ibi augetur et infarctus pituitoss, in pulmonibus et cauitate narium potissimum, inducuntur. Quae incommoda cuncta in aere temperato facile dissipantur in primis, si potus moderate calidus assumatur.

5. 1009.

Si vero frigus ulterius intenditur, humores spissi et condensati tandem resistentiam cordi faciunt et febriles motus excitantur, qui tamen mitiores sunt et per intervalla invadunt, si acrimonia in sanguine non abundat; quae vero, in humoribus iam praesens, si his ipsis motibus euoluitur et febres acutas et inflammatorias gignit, quae potissimum in visceribus internis saeuiunt; in frigore enim summo circulatio, per extrema impedita, gangraenam et sphacelum, corruptionis humorum stagnantium effectus, producit.

§. 1010.

Ex dictis quoque intelligitur, vel certe fimili ratione explicari poteft, quid fubitaneae mutationes ex frigore in calorem et ex calore in frigus praeftent? quid humidum calori et frigori iunctum efficiat? quales mutationes aer grauis et leuis, praecipue in refpirationis et perspirationis negotio, producant? quales effectus morbosi in diuersis climatibus et in una eademque regione diuersis anni temporibus oriantur?

§. 1011.

Vnicum tantum exemplum de calido et humido adduxisse sufficiat. Relaxatio solidorum inde oritur;

44 PARS II. CAP. II. DE CAVSIS

tur, et perspiratio, ab initio suppressa, quo facto humores, calore agitati, vehementius circumducuntur, et saepius in principio morbi sudores et aliae excretiones colliquatiuae subito oriuntur, vires exhauriunt, suida dissipantur, spissa augentur, vel perspiratione per nimiam circulationem ulterius cohibita, relicti in corpore humores, calore agitati, vix dissipandi, motum intestinum augent, utroque in casu vero in propriam corruptionem et resolutionem putredinosam abeunt. Ex hix causae febrium putridarum facile colligantur.

§. 1012.

Alimenta et potulenta ad conferuationem corporis necellaria effe, quilibet intelligit; eorum itaque quantitatem et qualitatem, ut caufam morborum, confideremus. Nimia alimentorum copia ventriculum replet et diftendit, hinc rarior ventriculi ruptura, quoniam vero et diftenfione facta liquores digerentes non fufficienter affluunt, nec vis ventriculi motu periftaltico imminuto, molem ingeftorum fubigere valet, cruda in eodem colliguntur. Refpiratio aucta, ventriculum concutiens, ideoque ingefta mouens et duodeni actio cum humoribus affluentibus vitia digeftionis, ventriculo inducta, faepius corrigunt, ita, ut bonus tamen chylus praeparari et ad fanguinem duci queat.

§. 1013.

Cruda, in ventriculo collecta, corruptionis, quae fingulorum alimentorum indoli propria est, scilicet acidae, viscidae et rancidae vessigia relinquunt et augent, nouum alimentum inde corrumpunt; hinc actio canalis alimentorum et liquorum affluentium copia copia bonae concoctioni praestandae non sufficit; hinc sensim crudus et acrimoniis scatens chylus ad sanguinem deuchitur. Sed hanc eriam corruptionem sanguinis motus per pulmones, et circulatio libera in reliquo corpore saepius corrigunt, ita ut minima solida particulis noxiis, per excretiones varias, expulsis, optimum adhuc nutrimentum suscipiant.

S. 1014.

Licet vero repletionis minimae vitia faepius corrigantur, et homines intemperatius viuentes morbis interdum diu refiftant, tamen, fi per continuatas has caufas et ventriculi et inteftinorum robur deftruitur, et humores, digeftioni inferuientes, faliua, bilis etc. a conuenienti bonitate recedunt, nec bonus chylus reforbetur, nec fanguis-rite mixtus exinde elaboratur. Vt itaque olim diuerfae indolis alimenta per validam digeftionem in bonum fuccum nutritium mutabantur, ita nunc quodlibet corum propriam acrimoniam feruat et inde cacochymiam humoribus conciliat, ex qua nutritio in minimis laeditur, vires languent et diuerfi generis morbi oriuntur.

§. 1015.

Ab inopia alimentorum et potulentorum, vel plenaria inedia, refectionis celeris, a reforptione chyli in primis viis praestanda, defectus oritur; hinc vigor totius corporis perit, cum lassitudinis et vehemens famis et fitis sensus inter ea hominem excruciat. Si cibi defectus potu, haud adeo nutriente, refarcitur, aliquale leuamen adfertur, fi autem celeris repletio post longam inediam, ventriculum contractum urget atque subito distendit, nausea et vomitus

46 'PARS II. CAP. II. DE CAVSIS

vomitus oriuntur. Blanda nutritio inediam breuem fine remanente noxa corrigit. Aegroti inediam diutius quam fani, et macilenti eandem facilius quam obefi ferunt.

§. 1016.

Si vero inedia diu toleratur, liquores in primis viis affluentes acres fiunt, ideoque eas vellicant et rodunt; hinc appetitus primo infignis, post ea nausea et vomitus, ita, ut contractis saepius ventriculo et duodeno, acres et biliofi humores per os reiician-Defectus vero chyli noui in languine, humotur. res, per se et excretiones expulsos, non restituit, hine Auidis et solidis blandum nutriens subtrahitur, et vires vitae infigniter debilitantur. Quoniam vero inter ea subtilissimae corporis partes prorsus diffipantur, acres vero augentur, non tantum febres acutae cum summa extenuatione corporis excitantur, sed fluidum nerueum, tandem minus apte elaboratum, deliria, spasmos et alios inordinatos motus producit, donec fame enecati misere pereant aegri.

S. 1017.

In indole aflumtorum examinanda primo fe fiftit nimia potus aquofi calidi et frigidi ingurgitatio. Vti enim fufficiens potus, praecipue aquofus, diluendis humoribus noftris egregie inferuit, fic nimia copia eiusdem ventriculum relaxat, quod per calidam tamen aquam magis, quam per frigidam efficitur. Digeftionis negotium, nec non elaboratio chyli et fanguinis, ob nimium ingeftum aquofum, non, ut decet, perficitur, et mixtiones bonae humorum turbantur. Renes a nimia mole aquae fecernendae debilitantur, hinc varia renum vitia. Liquores,

OCCASIONALIBVS.

quores, ex fanguine ad fecretiones laudabiles et nutritionem progredientes, non rite miscentur et perficiuntur nimisque fiunt tenues, hinc imbecilla, macilenta, immo tabida euadunt corpora.

§. 1018.

Viscidum, in cibis farinaceis non fermentatis, 6. 725. 729. leguminibus §. 730. oleribus §. 736. nec non in quibusdam animalibus §. 744. 748. corumque variis partibus §.754. viscido succo scatentibus, prae reliquis praesens cognoscitur. Hoc in ventriculo digestioni resistir, et vix resoluitur; hinc parietibus eius adhaeret, fibras relaxat, secretionem Auidi gastrici impedit, flatus generat et appetitum destruit, Quousque bilis efficacia observatur, reliquum intestinorum canalem vix laedit, sed in transitu per duodenum corrigitur, tandem vero et intestina glutinoso et pituitoso humore obducit. Licet vero euacuatio per vomitoria et purgantia viscidum collectum saepius expellat, debilitas tamen primarum viarum, ex his causis inducta, glutinoso, ulterius ex ipfis bonae notae cibis generando, exhiber occasionem.

§. 1019.

Viscidum, in primis viis collectum, chylum et fanguinem lente inquinat, in glandulis mesenterii sepius haeret, et ita vasa lactea obstruendo atrophiae genus producit. Hoc in infantibus saepius observatur, in adultis vero viscidum illud has viarum angustias saepius transit, et in sanguine a cireulatione viuidiore semel iterumque resoluitur, et vel per varia corporis colatoria organa euacuatur, vel in robustioribus interdum nutrimento satis laudabili accedit.

47

48

§. 1020.

Diu tamen in languine detentum viscidum nihilo minus tandem ad lympham penetrat, et in vasis minimis infarctus et obstructiones pituitosa efficit, quae tamen, si nulla euidens humorum acrimonia accedit, saepius, accedente per interualla febrili motu, resoluuntur, ita, ut regimen aptum et conueniens medicina fibrarum robur iterum restaurare valeat. Inde vero partim, quod fibrae in se spectatae a viscido adhaerente debilitantur, partim ex desectu optimae nutritionis, tanta saepius solidarum corporis partium debilitatio fit, ut motus febriles excitari nequeant, sed lenti et chronici morbi oriantur.

§. 1021.

Viscidum hoc, in primis et secundis viis colle-Etum, acrimonia sua non destituitur; eo enim sub tegmine acidum vegetabile in sanguinem et in tenuiores corporis humores intrat, et corpus suo modo afficit; hinc v. c. viscerum infarctus, tumores, pallor et hypochondriaca dispositio. Si vero et viscidum, in primis animale ipsum ingeritur, acrimonia, in corpore nata, cum illo se iungit, et debilitas folidorum, a nutritionis bonae defectu fimul oritur, optima et nutritioni conueniens sympha sub forma ponderosae et pellucidae pituitae ad primas vias, secretione quasi morbosa facta, defertur, vomitu, sigis magisque debilitatum macie et tabe confumitur.

Vti vero prius viscidum, ex victu oriundum, glutinofum adscititium dici meretur, sic hocultimum vere glutinofum spontaneum sistit, quod ad causas praedisponentes morborum referri et a praecedenti accurate distingui meretur.

S. 1022.

J. 1022.

Oleofum, in oleis preffis vegetabilium, butyro ex lacte confecto et pinguibus animalium partibus confpicuum, fi nondum corruptum et acre redditum fuit, primas vias lubricat et paulo post, fi nimia eius copia fuerit ingesta, debilitat. Magnam vim liquorum digerentium, in primis viis affluentium, oleofum hoc exigit, quam tamen sensim sensim sensim infringit; fi itaque viribus coctricibus non resoluitur et subigitur, partim propter mucaginosum coniunctum in viscidum iners transit, et glutinosum parit, partim propter tenue oleosum et inflammabile in rancidum et nidorosum mutatur.

S. 1023.

Huc accedit iurulentum in cibis, ex optimis animalium partibus eductum, quod fuo modo optime nutrit, nimium tamen aflumtum, in debili ventriculo eosdem effectus, ut oleofum edit, tandemque fimilem corruptioncm inducit. Efficit hoc iurulentum infigne humorum laudabilium augmentum et plethoram primo, post ea obestitatem in corporibus gignit. Haec pinguedo animalis, copiofius in cellulas deposita, fi reforbetur, molem et spissitudinem humorum mouendorum auget, sanguinis praeparationem difficilem reddit, et tandem ad cacochymiam viscidam et rancidam ducit.

S. 1024.

Rancidum itaque et nidorolum, ex oleofis particulis falinis et terreis, calore attenuatis, quafi exuftis, et diluente aquolo in mixtione orbatis, oritur. Hoc, vel in alimentis iam praelens, vel in corpore natum, fitim et raucedinem producit, in ventriculo Patholog. D per-

50 PARS II. CAP. II. DE CAVSIS

perfistens cibos bonae notae, in primis ex animali victu corrumpit, ardorem ventriculi, ructus amaros et nidoroso, nauseas et vomitus excitat, bilem ipsam acrem reddit, intestina stimulat, tormina et borborygmos efficit, non raro autem deiectionibus biliofis et acidorum usu ad tempus corrigitur.

§. 1025.

Sed hoc quoque rancidum tandem et faepius fub inuolucro viícidi in fecundas vias ducitur, et cum admixtionem aquofi magis impediat, quam admittat, acrimoniam rancidam efficit, quae faepius, ad habitum cutaneum ducta, exanthemata variae indolis fiftit. Haec vero acrimonia in fanguine crebrius circumducto augetur, atram bilem generat, et minima folida irritar, fecretiones blandas impedit, tenue diluens diffipat, fitim immanem et febres acutas exanthematicas, nec non alios inflammatorios morbos inducit.

S. 1026.

Vegetabilia plurima acido scatent, illudque saepius, si per varias praeparationes ad victum apta redduntur, retinent. Licet vero quotidie vegetabilibus vescamur, inde tamen nulla noxa in corpus redundat, cum digestio valida et circulatio humorum acidum hoc, cum nutritiis succis introductum, semper mutent, ita, ut in sano homine nulla vel pauca eius vestigia deprehendantur. Quod si etiam in ventriculo aliquo modo appareat, bilis tamen vis in mutando acido summa deprehenditur, ita, ut in duodeno iam subigatur. §. 401.

\$ 1027.

Debilitas primarum viarum et inertia humorum digerentium, quod acidum non semper subigatur, in causa caufa funt. Si igitur non fubactum colligitur, in infantili potiffimum corpore coagula chyli et ftafes in glandulis mefaraicis §. 1019 efficit. Si vero aliqua eius copia tandem fub tegmine vifcidi in fecundas vias vehitur, tunc actione valida circulatoria fubigitur; fed et hac in iis, qui vitae fedentariae dediti funt, deficiente, coagula lymphae, vifcerum infarctus et lentae obftructiones oriuntur, quibus fecretiones impediuntur, et praecipue humores, in primis viis fecernendi, magis magisque inertes fiunt: hinc tabes a defectu fucci nutritii optimi, hinc a ruptis vafis lymphaticis oedema et hydrops.

S. 1028.

Sal commune nobis, tam vario victu utentibus, digeftionem faciliorem reddit, §. 761. et refolutionem viscidi praestat; actione tamen valida, et primarum viarum, et circulatoria, et secretoria sanguinis et humorum mutatur et expellitur: his vero imbecillis redditis, accumulatur et solida stimulat, fluidaque dissipat. Hinc primo ficcitas oris et faucium oritur, post ea vero collectae et auctae falinae particulae rodunt et ad scorbutum muriaticum disponunt. Forte etiam ex hoc sale, magis subtili reddito et oleis iuncto, acrimonia intenditur et inde tandem, si alcali volatile accedat, ammoniacalis acrimonia ortum trahit.

§. 1029.

Olea fubtilissima plantarum salino terreas earundem particulas mobiliores et magis actiuas reddunt. Talia aromatibus inhaerent, quae eodem modo, ut acria reliqua, primas vias stimulant et exsiccant, hinc stim producunt, et, cum pinguibus coniuncta, ran-D 2 cidam

52 PARS II. CAP. II. DE CAVSIS

cidam acrimoniam fouent; ad fecundas vero vias delata, aeftum praeternaturalem, stimulum solidi, dissipationem Auidi efficiunt, hinc lympham acrem et rodentem reddunt, hinc pessimos morbos acutos et chronicos producere valent.

§. 1030.

Et spirituosi liquores, fermentatione producti, fimiles ferme effectus habent, licet altius quoque penetrare videantur : his enim sitis non extinguitur, sed continuum liquidi assumendi desiderium excitatur. In primis vero illa fluida spirituosa, quae deftillatione exaltata et subtilia reddita sunt, siccitatem et coagulum in fluidis, nimiumque stimulum in solidis primarum viarum efficiunt; bine calloso quasi ventriculo reddito et fluidis dissipatis appetitum destruunt et digestionis officinam laedunt.

§. 1031.

Minime vero hic fubfiftit liquorum, fermentatione praeparatorum et fpirituoforum effectus, nam ebullitioni fanguinis praecipue occafionem praebent, lympham infpiffant et ad coagulum difponunt, eamque nutritioni ineptam reddunt; hinc macies oritur et ab inertia motus ftafis lymphae, obftrutiones glandularum, ruptura vaforum, effufio humorum feroforum et hydrops. Sed et fubtilis illa fpirituofa acrimonia neruos ipfos afficit, temulentiam et fluporem inducit, rigiditatem, contracturas, podagram, rheumatifmos et diritfimos faepius neruorum morbos excitat.

\$ 1032.

Haec et plurima alia, quae in varietate alimentorum et potulentorum nottro corpori applicantur, in cauin caufis morborum prae reliquis attendenda, ex diacteticis doctrinis repetenda, et ex crebra obferuatione annotanda funt; quoniam haec, quae genuino ufu noftrum corpus conferuant, illudque nutriunt et reficiunt, peruerlo ufu tantas vitae moleftias inducunt. Sed et aliae heterogeneae particulae, quae aëri inhaerent et medicamentis et venenis admilcentur, infidias fanitati ftruunt.

§. 1033.

Aer enim, praeter supra recensitas humidi, calidi, ficci et frigidi affectiones, particulas putridas, ex corporibus putredine resolutis, suscipit, et ita contagiolo halitu humores nostros inquinat, mixtionem eorum cito atque prorsus soluit et tandem solida destruit. Porro is quoque arsenicales, mercuriales, acidas, minerales, praecipue sulphureas, aliasque plures particulas recipit, quae non tantum pulmones male afficiunt, et respirationis et sanguificationis actiones laedunt, sed mixtiones quoque humorum nostrorum ingrediuntur atque peruertunt, folida mirum in modum mutant, et ita stupendos saepius et praeternaturales effectus ostendunt, quae ex natura particularum, qua tenus in chemicis declaratur, vix explicari, sed ex solis potius phaenomenis cognosei et in disquisitione causarum laedentium attendi merentur.

§. 1034.

Aegrotis medicina fanitatem reddit, quoniam vero medicamentorum particulae, folidis et fluidis applicatae, eadem mutant, fani, qui medicamentis utuntur, omnino laeduntur, cum corpori mutationes vere morbofas inducant. Nimis longum foret, D 2 fi hic

54 PARS II. CAP. II. DE CAVSIS

fi hic omnes morborum caufas, a medicamentis introductis, recenfere vellem ; purgantia et fudorifera, praeter neceffitatem adhibita, praeternaturales medicamentorum in fanis corporibus exhibitorum effectus, quotidianis exemplis comprobare poterunt, quae ex effectibus, in materia medica et therapia generali explicatis, inter caufas morborum referri merentur.

§. 1035.

Vii omnia medicamenta, praepostere exhibita, corpus male afficiunt, sic venena, stricte sic dicta, in causis morborum recenseri merentur. De his tamen longius hic disserere minus aptum videtur, cum dubia plurium venenorum natura et indoles ex tractatione de viribus medicamentorum peti debeat, quam ob rem et praecipua in materia medica fimul exponuntur, nos vero omnem hanc doctrinam in therapiam generalem remissimus. Quantum ea igitur in hac nostra, de causis morborum occasionalium, tractatione attendenda sunt, ex qualitatibus peruersis alimentorum et potulentorum eorumque effectibus quodam modo indicari poterunt.

§. 1036.

Tandem quoque de actione mechanica corporum, in nostrum corpus irruentium, dicendum est. Agunt haec pro ratione figurae et impetus, contundendo, scindendo, frangendo, uno verbo laesiones continui pro differentia partium corporis efficiendo. Hinc effusiones humorum, stafes, inflammationes, si humores boni sunt, suppurationes, si deprauati deprehenduntur, corruptiones gangraenos set sphacelos inducunt.

S. 1037.

§. 1037.

Cum ad gesta in corpore nostro respicimus, ad motus voluntarios, per membra artificiole constru-Eta perficiendos, primo loco attendimus. Nimium auctus hic motus digestionis negotium, blandioribus tantum motibus adiuuandum, turbat, cruda ex ventriculo expellit, hinc chylum crudum ad vasa lastea. et in sanguinem urget §. 831. porro circulationem sanguinis et humorum intendit, subtilissima per varias secretiones, in primis perspirationem auctam et sudores diffipat, reliqua vero inspissat, et ita obstru-Etionibus ansam praebet. Inter ca fibrae solidae, motum exercentes, in primis musculares crebra contractione iusto densiores fiunt, et ut cellulae interpositae humore tenui distendente orbantur, sie iplae fibrae, nutritione deficiente vel eius modi particulis non applicatis, rigidae fiunt et immobiles.

§. 1038.

Hae quidem mutationes lente inducuntur, celeriores tamen funt effectus ifti deftruentes, fi motus violentiores fine remiffione diu continuantur. Primo enim impetu fanguis interdum erumpit, et haemorrhagiae fequuntur. Id vero fi non euenerit, inflammatoria refolutio humorum producitur, qua lympha coagulatur et inde diathefis phlogiftica oritur; motu vero inteftino auctiori reddito, falia et olea nimis volatilia et acria facta non tantum mixtionem fanguinis difturbant, et refolutionem eiusdem putredinofam inducunt, quibus motibus auctis folida etiam refoluuntur, deftruuntur, et in putredinem abeunt, ex qua omnino gangraenofa et fphacelofa corporis deftructio declaratur.

Refolu-

55

PARS II. CAP. II. DE CAVSIS

56

Refolutio fanguinis, a motu progreffiuo et calore aucto inducta, coagulatoria omnino dici meretur, et cum inflammatione coniuncta est, cum alia, quae a vehementiori intestino motu et acrium particularum genesi pendet, et conuenientem sanguinis spissitudinem tollit, putredinosa dici mereatur, quae sanguinem, in placentam non cogendum, sistit.

S. 1039.

Quies corpori diutius conceffa digeftionis negotium impedit, dum humorum digerentium affluxum lentiorem et motum periftalticum debiliorem reddit, id quod praecipue in vita fedentaria et compreffo abdomine euenit, hinc non tantum parcior acceffus humorum nutrientium, fed et cacochymia et defectus nutritionis in minimis cito inducuntur. Non adeo tamen frequenter talis obferuatur mutatio, cum vigor in puerili et iuuenili aetate ad adolefcentiam ufque magis ad motum, quam ad quietem excitet. Qui igitur bona vifcera digeftionis habent, et largioribus fuccis replentur, obefi funt, et ad quietem tandem magis magisque difponuntur.

S. 1040.

In his motus voluntarii difficilius perficiuntur, et motum circulatorium languinis et humorum parum adiuuant, hinc eorundem inlpiflatio, maior in cellulis lateralibus collectio et aucta in dies obefitas inducitur. Fibra vero, motu non exercitata, laxa fit et ad motum inepta, nec ipfa bene nutritur; hinc fenfim inducitur humorum pituitoforum collectio, fiue cacochymia pituitofa, quae vel per fe, vel variis acrimoniis fimul accedentibus, fenfim in minora vafa propellitur et variis morbis chronicis, in primis vifcerum obftructionibus, occafionem praebet.

§. 1041.

§. 1041.

Somnus in effectibus morbofis cum quiete conuenire videtur, fi tamen profundior et diuturnior eft, non tantum humores infpiffat, cosque ad repletionem magis, quam nutritionem aptos reddit, fed fecretionem et actionem fluidi neruei ita laedit, ut folidorum robur vitale multum infringatur et torpor et flupor in omnibus actionibus fenfuum quoque deprehendatur; hinc ineptitudo ad omnes animi corporisque labores, hinc grauitas corporis, imbecillitas et continua in fomnum procliuitas, quae, nifi motibus voluntariis fufceptis diffipatur, cachexiam, lentas febres et ipfam tandem mortem inducit.

S. 1042.

Vigilia vero, diutius protracta, fine respectu ad motum et quietem eorumque mutationes, humores acriores reddit, et vigorem ad actiones quaslibet sufcipiendas supprimit, quoniam vera humorum mixtio et inde pendens nutritio in vigiliis locum non habet. Qui validum humorum circulum fimul experiuntur, citius ad acrimonias et febres acutas, inde oriundas, disponuntur; languido vero humorum circulo praediti, sensim ad morbos chronicos cum phantasia laesa ducuntur. Peculiaris enim in his sit cerebri et neruorum dispositio, per ea, quae de fluido nerueo hactenus nobis cognita funt, vix fatis explicanda.

§. 1043.

Varii humores in corpore fecernuntur, qui vel nullo modo vel moderatius excernendi funt: alii vero, in corpore fecreti, non retinendi, fed ex eodem potius eliminandi funt. Egimus quidem de D 5 his

PARS II. CAP. II. DE CAVSIS

58

his fatis ample in lectionibus diaeteticis, et ita noxas varias, ab inde oriundas, explicauimus; pauca tamen de humoribus excernendis et retinendis hic quoque proponenda esse arbitramur, quo in serutinio causarum occasionalium essectus, inde prodcuntes, co melius perspiciantur et diiudicentur.

§. 1044.

Humores alimentorum, digestioni dicati, faliua, liquor gastricus, pancreaticus, et intestinalis, nec non bilis, fi usu saliuantium et purgantium medicamentorum nimia eorum copia expellitur, alimentorum concoctionem et assimilationem sufficienter praestare nequeunt. Cum itaque plurima, quae assumuntur, pro sua indole corrumpuntur, cruditates in primis viis colliguntur, quibus noua alimenta adducta, licet bonae notae fint, deprauantur. Cum etiam optimae alimentorum partes, cum humoribus digerentibus mixtae, in chylo ad fanguinem transuehantur, haec prima nutritio §. 245. tunc temporis locum non habet, inde continuatae actiones nutritionis male succedunt, et ita siccitas et macies oritur, vigorque corporis sensim sensimque perit.

S. 1045.

Nimia excretio muci in cauitatibus narium, faucium, alperae arteriae, nec non pulmonum et canalis alimentorum, per medicamenta valida refoluentia, abstergentia et euacuantia, in omnibus his cauis excitat ficcitatem, immeabilitatem humorum, et stimulum ab acri, hinc neruorum irritatio et dissipatio fubtilissimi fluidi euenit, macies inducitur et acrimoniae variae generantur. Saepius tamen euacuatio talis in uno loco, e.g. in pulmonibus adaucta, vifcida

OCCASIONALIBVS.

feida et mucosa cuncta ad hune locum ducit, partesque solidas relaxando functiones corporis, summe necessarias, debiliores reddit.

S. 1046.

Diffipatio fubtilifimi fluidi per perfpirationem, et excretio nimia spermatis virilis vel lactis ex mammis, optimos humores ex corpore expellit, hinc fluidiffima in systemate lymphatico deficiunt, et nutritio inde laesa tabem et atrophiam affert, nata vero et aucta humorum acrimonia motus febriles, machinam destruentes, excitat, uti vero hoc ipso, aut nimis intento literarum studio, suidi neruei secretio turbatur, sic et subtilissimi huius suidi desectus vigorem corporis, in motibus vitalibus et sensibus externis et internis laedit; sic e.g. vigorem oculorum a nimia venere debilitari cognoscimus.

S. 1047.

Sanguinis excretio nimia vel praeternaturalis in variis haemorrhagiis, vel artificialis, v. c. in venae fectione hic quoque attendenda eft. Haec quidem in corporibus robuftis et plethoricis longius faepe fine detrimento infigni toleratur, tandem tamen, quod folida debilia et laxa reddit, plethoram a debilitate facit, et ita naturalem fanguinis mixtionem turbat, cum cruor parti ferofae non aequabiliter iungatur, hinc fecretionis et nutritionis negotium laedit, et fimili ratione vigorem in motibus elafticis et vitalibus deftruit.

§. 1048.

Non minus tamen dispositiones morbolae inducuntur, si excernenda retinentur. Sic enim excretio cutanea cohibita, quam diu humores boni et laudabiles

60 PARS II. CAP.II. DE CAVSIS OCCASION.

dabiles funt, obefitatem producit, fi vero humores iam deprauati inueniuntur, tunc hac excretione imminuta cacochymia augetur. Vrinae excretio cohibita particulas alienas, mixtionem fanguinis bonam laedentes, ex maffa humorum euacuandas, relinquit, et in ipfis urinae viis calculi et mala inde orta proficifcuntur.

§. 1049.

Humores mucofi, §. 1045 in variis partibus relicti, pituitam augent, folida relaxant et infarctus et tumores glandularum gignunt. In primis potifimum viis latera canalis alimentorum viscido, vel huc per alimenta adducto, vel in glandulis folliculofis nato, obducuntur, secretiones humorum digerentium et reforptio chyli impediuntur, hinc lentor excretionis aluinae oritur, faeces accumulantur, intestina nimis distenduntur, et spasmi et status excitantur. Ex his praeter ea tum respectu viscidi collecti, tum ratione debilitatis intestinorum innumera oriuntur incommoda.

5. 1050.

Animi affectus tandem confiderandi funt, qui et in fanguineum et lymphaticum, nec non in neruofum fyftema varias mutationes inferunt, prout vel ad languores, vel ad motus vehementer difponunt. In priori enim cafu fluida infpiffant, immobilia reddunt, nutritionem laedunt, et ad triftitiam et imminutos motus vitales difponunt; in altero vero cafu fluida iufto vehementius circumagunt, quae interdum in haemorrhagiis erumpunt, vel refoluuntur, attenuantur et acrimonias producunt. In utroque autem cafu fyftema neruofum fpafmis vehementioribus exercetur.

CAP.

§. 1051.

Enumeratio caufarum occafionalium, hactenus propofita, in variis exemplis genefin morborum declarauit. Obferuantur in his illarum applicatio, mutatio in corpore inde nata, et tandem effecatio, mutatio in corpore inde nata, et tandem effecaufam proximam ducentes. Licet autem varia, ad hoc caput pertinentia, in antecedentibus infperfa inueniantur, nihilo minus tamen denuo fimilem viam ingrediamur; verum non a primis caufis, fed a difpofitione morbofa, in corpore iam nata, genefin morborum fiue ulteriorem deprauationem folidorum et fluidorum recenfebimus, quo femper magis magisque ad caufam proximam accedamus.

5. 1052.

Has hominum, ad morbos proxime fuscipiendos, dispositiones commode ad plethoram, cacochymiam, temperamenta, calculos et vermes, nec non ad obscuram imaginationis efficaciam reducere poterimus. Licet enim sola temperamenta hic forte commemorari possint, et variae plethorae et cacochymiae species iam inter morbos relatae fuerint, Part. I. Cap. II. sect. II. dantur tamen gradus inter eas, ut hoc examen in graduali morborum differentia eo magis attendendum sit.

S. 1053.

Plethora vero §. 936. in corpore vegeto et sano, ex abundantia nutrimenti et facili digestione orta, corpus corpus grauat, vafa diftendit, quae ideo maiorem fanguinis molem languidius circumducunt, eiusdemque particularum mixtionem et elaborationem ulteriorem in fanguificatione, fecretione, et nutritione praestandam, non rite iuuant. Validi motus, in plethoricis excitati, primo ingratum caloris fenfum, post ea aut eruptiones fanguinis aut stafes et diathefes inflammatorias inducunt, cum folidorum robur adhuc refistat, fi vero vita quieta et fomnus largus fibras relaxat, corpora ad obesitatem disponuntur.

§. 1054.

Plethora obela §. 937. itaque ex feceflu particularum nutrientium, optime elaboratarum, in cellulas laterales oritur, hinc primo quidem pinguedo et fucci lymphatici cum aliquo voluptatis fenfu augentur. Cum vero folida diftenta et relaxata fuoque modo prefla, fluida nec fatis moueant, nec fufficienter mifceant, ex una parte vifcidi et lentefcentes fiunt humøres, ex altera acrimoniae variae nafcuntur. Porro quoque valido motu febrili agitati, humores in vafis maioribus circulationem validam, in minoribus ftales efficiunt, hinc fluida cum folidis breui in corruptionem ruunt. Si vero cacochymia lente fimul euoluitur, flaccidus corporis habitus, nutritionis defectus in folidis, variique morbi chronici producuntur.

S. 1055.

In plethora a debilitate §. 937, quae haud raro in iis, qui imbecillitate systematis neruosi laborant, ex valida satis digestione, nutrimentum praeparante, inducitur, violenti motus interdum ingratum

PRAEDISPONENTIBVS.

tum caloris fenfum et fanguinis eruptiones producunt; cum vero femper in hoc cafu debilia folida non aequabiliter fluida circumagant, interdum flafes in vifceribus oriuntur, magis vero nutritii fucci elaboratio et appofitio laeditur, fluidique neruofi fecretio languidior imbecillitatem fouet eandemque ita auget, ut tandem febres lentae generentur.

§. 1056.

Cacochymia ferola §. 940 ineptitudinem fanguinis et lymphae, ad nutritionem praestandam, fistit, et simul solida relaxat; quam ob rem in continuatis actionibus sanguificatio siue genuina humorum mixtio accurate absolui nequit, sed seros humores per colatoria nimis cito transfeunt, reliquis inde crassionibus et minus mobilibus factis, hinc defectus nutritionis pendet. Saepius vero tenues hi et seros humores, in oleum animale non cogendi, in cellulas effunduntur, rupturas vasorum lymphaticorum efficiunt, et serum in cauitates magnas effundunt. Potissimum vero effusi humores versus inferiora descendunt, oedemata pedum producunt, abdominis et thoracis cauitates replent, hinc asthma, hydrops aliaque chronica mala inducuntur.

S. 1057.

Similes saepius effectus producit cacochymia pituitola §. 942, sed praeter ea in primis viis aucta digestionem impedit, ventriculum et intestina relaxat, in sanguine haerens et ad viscera varia ducta infarctus obstructionesque generat, lympham ad nutritionem ineptam et motus solidorum languidos reddit: hinc febres intermittentes saepius pertinaces et anomalas, hydropem aliosque morbos chronicos oriri cognoscimus.

5. 1058.

§. 1058.

Cacochymia atrabilaria §. 943 non tantum defectum blandi et gelatinofi humoris et ferofi diluentis indicat, fed et aquofum diluens, in mixtionem denuo deferendum, excludit. In fanguine itaque nata immeabilitatem eius, lentorem fummamque faepe acrimoniam inducit, hinc fecretiones difficiles humoresque fecretos acres reddit. Simili quoque modo in mixtione deprauatos humores ad fyftema lymphaticum propellit et nutritionem laedit, hinc macies efficitur et obftructio vifcerum potiffimum abdominalium. Tandem vero fingularis quaedam mala difpofitio, quocunque tandem modo illa eueniat, ad neruos producitur, et morborum cum phantafia laefa caufa eft, quorum explicatio, a priori vix cognofcenda, in effectibus tamen fatis clare patet.

§. 1059.

Cacochymia acida §. 946. in primis viis nata, et ulterius per fanguinem ad lympham deducta ex §. 1027 et muriatica §. 947 ex §. 1028 huc referri et ex suis effectibus diiudicari possunt. In principio quidem, quando particulae morbosae sensim colliguntur, morbosi effectus vix observantur, post ea vero, si auctae in sanguine et reliquis humoribus existunt, actiones insigniter laedunt et solida ipsa destruunt.

§. 1060.

Cacochymia alcalina volatilis et ammoniacalis §. 948 ex iis, quae §. 1038. de motu diximus, repeti poffunt; haec enim acrimonia vix in fanguinem introduci, fed ibidem potius euolui videtur, et tam valide agit, ut resolutionem fluidorum et destructioftructionem solidorum pariat, et praecipue in morbis putridis se se ostendat. Tandem et oleosa rancida et bili sa cacochymia §. 949. ex iis repetenda est, quae §. 1022. 1023. 1024 de oleoso rancido et nidoroso diximus, et §. 1029 de aromatica acrimonia subiunximus; in omnibus enim his acrimoniarum euolutionibus, ad ipsum usque morbosum estecum, successiona euolutio assumenda est.

§. 1061.

Quo modo vero temperamenta varia ad morbos difponant, ex iis, quae de eorum indole in femiotica phyfiologica §. 624 feqq. diximus, et ex praecipuis folidorum et fluidorum mutationibus in nofologia §. 932 feqq. confideratis, abunde patent. Cum enim temperamenta folidorum et fluidorum diuerfam rationem in diuerfis hominibus exhibeant, morbi iam dici poffe primo intuitu videntur: fed proportio folidi et fluidi, cuilibet homini conueniens morbi ideam limitatam reddit, ita, ut ibi non nifi facilem difpofitionem ad varios morbos inueniamus, quam rem paucifimis indicare placet.

§. 1062.

Phlegmatici §. 636. nimirum, cum relaxata habeant folida et fluida copiofa, fimulque vifcida immeabilia, partim ad ferofam, partim ad pituitofam cacochymiam procliues funt. Robur elafticum et vitale, quod iam per fe in hisce fubiectis effe folet debile, ulterius infringitur, hinc catarrhofae difpofitiones inducuntur, quibus tamen raro validae febres excitantur, quam ob rem congefiiones et decubitus, immo fomnolentiam, experiuntur phlegmatici. A fomno quidem melius interdum fe habere Patholog.

66 PARS II. CAP. III. DE CAVSIS

videntur, saepius vero morbis chronicis pituitosis et soporosis obnoxii fiunt.

§. 1063.

Sanguinei §. 637. multos unaque mobiles humores eosque in folidis laxis, habent, hinc faepius eruptiones fanguinis morbofas experiuntur, quibus ad morbos habituales difponuntur. Validi motus haemorrhagias faepius inducunt, temperati vero, quod aequalem circulum fanguinis efficiunt, easdem corrigunt. Hinc febres moderatae catarrhales et aliae continuae talibus fubiectis folennes funt, quae tamen, fi apto regimine excipiuntur, raro nociuae reperiuntur. Acrimonias, quas ex diaetae vitiis colligunt, facile euoluunt, aptis tamen excretionibus faepius diffipant; acida acrimonia, ob folidorum laxitatem, non raro vexantur.

S. 1064.

Cholerici §. 638 mobiles humores in folidis ftrictioribus celeriter et fortiter propellunt, fusceptam acrimoniam euoluunt, et vehementius mouent; hinc febribus acutis, continuis vehementissimis saepius obnoxii funt, nec raro a valido motu haemorrhagias patiuntur. Bilem ex sanguinis mixtione facile extricant et copiosius secernunt, cuius impetuosa saepius excretio intestina laedit, digestionem turbat, et ita non tantum ictero, sed et febribus bilios vehementioribus ansam praebet.

§. 1065.

Melancholici §. 639 fluida denfa, viscida et acrimoniam atrabilariam colligunt, nec ob solidorum robur elasticum, nimis auctum, motu aequabili euoluunt,

67

uunt, subigunt et expellunt, sed decubitus acrium et spissorum humorum in primis ad viscera abdominalia experiuntur: hinc lympha, nutritioni minus conueniens, et neruosum fluidum, ad vitales motus ineptum, redditur. Febribus anomalis et corruptis saepius vexantur, quae rebelles sunt, nec coctionem et mutationem materiae morbosae facile admittunt.

S. 1066.

Si corpufculum aliquod folidum, e.g. grumulus fanguinis concreti in quodam loco haeret, ubi fluidum aliquod lente transit, et quasi praeterfluit, tunc fubtilis terra et mucus tenax eidem continuo applicatur et crustae tartareae inducuntur, quae molem eius augent et ita calculos formant. Concreta talia tartarea in glandulis scirrhoss faepius deprehendimus, et in variis corporis cauis, v.c. in naribus, duétibus faliualibus, cet. similia corpuscula interdum inueniuntur, quae partes vicinas premunt, motus fluidorum cohibent, neruosa stamina laedunt et dolores inflammatorios, ulcera aliaque incommoda producunt.

§. 1067.

In primis vero in bilis et urinae viis talia corpuscula, casu concreta, tartareis particulis augentur, a muco viscido, in his humoribus haerente, cum terreis particulis iuncto, in calculos variae magnitudinis et confistentiae compinguntur, qui deinde tractu temporis infignem saepius molem acquirunt, liberam horum humorum excretionem impediant, partes vicinas premunt, vellicant, interdum infigniter dilacerant, hinc haemorrhagias inducunt, sola obstructione et mora icterum, nauseam, vomitum, E 2 filli-

68 PARS II. CAP. III. DE CAVSIS

stillicidium urinae, vel eius cohibitam prorsus excretionem, aliaque vitae incommoda efficiunt.

§. 1068.

Oua infectorum varia faepius ratione, vel fuperficiei cutis, vel eiusdem fubftantiae, vel internis corporis cauis applicantur. Si in his magnus caloris gradus accedit, tunc deftruuntur, fi vero mediocri calore et immunditie fouentur, tunc crefcunt et multiplicantur. Hinc vel vellicando et irritando intolerabiles pruritus, continuum fcalpendi defiderium, varias exulcerationes et noctes infomnes inducunt, vel optimos quoque fuccos fugendo, defectum fucci nutritii et ita maciem et varias cacochymias inferunt.

§. 1069.

In primis vero in canali alimentorum, vermium euolutio faepius obferuatur. Ouula enim cum variis alimentis, in primis vegetabilibus crudis, ingefta in muco inteftinali haerent, nec femper valida digeftione deftruuntur et motu periftaltico propelluntur; fic lumbrici, afcarides et taeniae, interdum alia quoque animalcula, in inteftinis haerentia, fuccum alimentorum optimum depafcunt, et corporis nutritioni detrahunt, praeter ea vero vellicando et irritando, fpafmos, dolores colicos, immo, fi vehementius faeuiunt, morbos conuulfiuos, epilepticos et inflammatorios excitant, et ita varia ratione homines mifere excruciant.

S. 1070.

Sunt tandem et aliae morbofae difpofitiones, quae sensim in corpus inductae, accedentibus variis occasionalibus causis, ad morbos disponunt. Sic ima-

PRAEDISPONENTIBVS.

imaginationis maternae vitia, foetui impressa, in terrore, a rebus quibusdam ingratis, in potulentorum et alimentorum quorundam auersione et appetitu infigniori, in desiderio peruerso rerum, ad nutritionem ineptarum, fingulari modo sanitatem laedunt. In aliis quoque hominibus, ceteroquin sanis, ab imaginatione laesa, aut ab aliqua idea ingrata, morbos nasci comperimur. Verae causae in his saepius dubiae sunt, effectus tamen potissimum in nausea, vomitu, animi deliquio et ipsis conuulfiuis motibus se exferunt.

§. 1071.

Tandem et fabrica organorum et viscerum corporis laesa a natiuitate, a vitiis in partu et in primis in educatione inducta, homines ad morbos disponit. Sic pueri, varia ratione gibbosi facti, aortae, tanquam principis canalis, situm peruersum habent, et inde in actionibus circulationis laeduntur, immo thorax eo ipso arctatus, et varie depressue et eleuatus pulmones compressos, pleurae adhaerentes et difficilius in respiratione extendendos, sistit; immo vero in his saepius abdominalia viscera comprimuntur et vario modo laeduntur.



CAPVT

69

CAPVT IV. DE CAVSA PROXIMA.

70

§. 1072.

Vidimus itaque ex hactenus dictis, quo modo errores diaetae a fanis in fe hominibus commissi fensim paulatimque solida et fluida mutent, et dispofitiones ad morbos producant, porro quoque cognouimus, quo modo dispositiones morbosae, in corpore apparenter sano natae, accedentibus variis causis occasionalibus incommoda vitae et varios morbos excitent. Dum itaque principem labem, ad quam tot eausae concurrerunt, medicus confiderat et cognofcit, tunc causam proximam deprehendit.

· . S. 1073.

Est itaque causa proxima morbi ea corporis mutatio, quae per remotiores causas inducta, tandem immediate praesentes et conspicuas laesiones funtionum corporis viui esticit. Si itaque ideam morbi, in genere considerati §. 917, cum hac nostra definitione comparamus, causam proximam idem ens esse cum ipso morbo, omnino deprehendimus. Vt homo cholericus, cuius temperamentum est caufa praedisponens, aestuante corpore admittit refrigerium ad pulmones, hoc est, inducit causam occationalem: hinc stafin studorum, vehementer motorum, in vasis pulmonis spassice constructionem ipsam morbi, scilicet inflammationis pulmonum exhibet.

Quod fi quis caufam proximam morbi ab ipfo morbo diftinguere vellet, fymptomata effentialia ad huius ideam referre posset, quae manifesto a causa proxima discer-

PARS II. CAP. IV. DE CAVSA PROXIMA. 71

difcernuntur, tunc vero morbus complexus eorum, quae in aegroto corpore eueniunt, dicendus effet §. 918.

S. 1074.

Cum igitur caufa proxima fit medium illud inter effectus morbolos corporis, et caufas, quae hoc corpus aegrotum reddiderunt, in eius difquifitionem duplici via ducimur; fymptomata enim, quae ab aegro et adftantibus recenfentur, vel in illo obferuantur, ad primariam laefionem, hoc eft, morbum ducunt, et dum medicus in vitam ante actam, hoc eft, in caufas praegreffas inquirit, genefin caufae proximae inde intelligit. Cognitio igitur caufae proximae et morbi medico, curationem fufcipienti, valde neceffaria eft.

§. 1075.

Sed hoc examen, quod in morbis fimplicioribus facile omnino eft, in morbis complicatis difficillimum deprehenditur. In illis enim paucae fe offerunt mutationes, vel difpofitiones morbofae, in his plures. Interim in fcrutinio morborum ex plurimis his, quae occurrunt, primarias feligit mutationes et fucceffiue confiderat medicus: v. c. in malo hypochondriaco faburra, in primis viis collecta, acrimonia humorum, immobilitas Auidorum, laxitas folidorum, infarctus, vel obftructio vifcerum, et aliae plures, quae difpofitionem hanc morbofam faciunt, caufae principes deprehenduntur, quae fingulae diftinctae perpenduntur et in curatione, vel fucceffiue, vel pro ratione fymptomatum alternatim confiderantur.

Morbus

72 PARS II. CAP. IV. DE CAVSA PROXIMA.

Morbus quidem fimplex in praxi non occurrit, talis vero, qui ex paucioribus caufis oritur, et haud copiofis fymptomatibus ftipatus eft, nobis respectu complicatorum fimplicior dicitur.

§. 1076.

Ita namque plurimos particulares morbos, tanquam fymptomata, confideramus, et, fi ad uniuerfalem quandam caufam proximam pertingere haud poffumus, illam, quae maxime urget, primo inuertere, deinde reliquas fucceffiue mutare, et tandem id, quod reftat, ultimo loco cognofcere et curare ftudemus, fic in exemplo dato faburram humorum in primis viis primum, poft ea acrimoniam et immeabilitatem, tandem robur folidorum deficiens attendimus, et ita tandem caufam proximam compofitam, tanquam plures fpeciales morbos, tollere annitimur.

PARS

PARSIL PARSIL SYMPTOMATOLOGIA SIVE CONSIDERATIO EFFECTVVM MORBOSORVM.

§. 1077.

Caula proxima est ea corporis mutatio, quae praeternaturalem dispositionem, actiones laeden tem, immediate inducit §. 918. 1073. Hinc causa proxima, per plurimas remotiores ita aucta, ut tandem effectus, sensibus cognoscendos, producat, id efficit, ut actiones, in corpore sano hactenus obseruatae, non ea ratione succedant, sed, vel debilitatae, vel auctae, vel alio modo mutatae, absoluantur. Haec corporis morbosi consideratio effectus causarum morbosarum, hoc est, symptomata sisti, de quibus nunc in tertia pathologiae parte agendum est.

CAPVT I.

DE SYMPTOMATIBVS IN GENERE.

S. 1078.

A ctio laefa, ex praeternaturali dispositione partium corporis, vel solidarum, vel suidarum, vel utrarumque simul oriunda, symptoma dicitur. Est itaque vi vocis accidens siue effectus, ex causa de-E 5 pen-

PARSIII. CAPI.

pendens; et, uti faepius incurii de fanitate fua conferuanda homines causas, corpus morbole mutantes, non attendunt, fic tum maxime de morbo conqueruntur, quando actiones, quas olim praestiterunt, non amplius, vel saltem cum aliquo incommodo, perficiunt.

§. 1079.

Aegroti igitur, qui medici auxilium quaerunt, raro ad caufas regrediuntur, fed fymptomata tantum ipfi indicant, et ab eo petunt, ut ea tollere et liberum actionum exercitium reftituere velit. Male vero agit medicus, fi effectum morbofum folum attendit, nec in caufam proximam, nec in remotas alias inquirit. Cum enim unius effectus plures effe poffint caufae, cum porro non, nifi caufa fublata, tollatur morbus, cum tandem, fublato morbo nulli eiusdem fint effectus, omnium morborum genefin in caufis, et effectus in fymptomatibus difquirere medico rationali omnino conuenit.

§. 1080.

Quoniam vero in accurata corporis aegroti confideratione, non una femper, fed plures actiones laefae, hoc eft, fymptomata attendi poffint, in earum disquisitione ordinem obseruet medicus, ita, ut effecus, a morbo ipso, a causa morbi, et ab alio effectu feu symptomate pendentes, sedulo distinguat, et ita rite coordinatos effectus non tantum in se melius cognoscat, sed etiam ad eorum causas, eo accuratius perlustrandas, reducatur.

§. 1081.

Haec quidem confideratio in exemplis erit clarior. Ventriculus non digerit alimenta ingesta, quoniam

74

DE SYMPTOMATIBVS IN GENERE. 75

quoniam faburra cruditatum in eo haeret : en morbum et caufam proximam. Anorexia fiue appetitus proftratus eft fymptoma morbi ; naufea et rutus nidorofi funt fymptomata caufae ; vomitus fpontaneus eft fymptoma fymptomatis. Bilis redundat ad fanguinem, quoniam vafa biliaria obftructa funt : en morbum et caufam proximam. Icterus eft fymptoma morbi primarium, bilis reduntantiam declarans, digeftio, a bilis defectu laefa, eft fymptoma caufae, flatus et borborygmi, funt fymptomata fymptomatum.

§. 1082.

Cum autem in aegroto plura fimul accidere poffint, medicus quoque fymptomata feu accidentia, morbo, nunc difquirendo et primario vifo, propria, ab accidentibus, ab alia mutationum ferie dependentibus, diftinguat, quae epigenomena, refpectu morbi examinandi, dicuntur. Ita enim anorexiae inflammatio oculorum fuperuenit, quae vel eft fymptoma fymptomatis, quod a vomitu violentiori et difficili, vel epigenomenon, ab alia prorfus caufa, v. c. ab illapfo corpufculo irritante pendens. Sie ictero pleuritis accedit, vel fpuria, a fpafmis, per flatus inductis, quae eft fymptoma fymptomatis, vel fpuria, aut vera, ab alia caufa, v. c. refrigerio oriunda, quae eft epigenomenon.

§. 1083.

Cum itaque infignis actionum in corpore fano fit varietas, earumque valde complicatus nexus, nullum est dubium, quin varietates laesionum plura adhuc confideranda offerant phaenomena. Difficilis ideo redditur symptomatum disquisitio et ordinata dispositio, quae tamen, cum in morbis cognoscendis fumme

76 P. III. C. I. DE SYMPTOMAT. IN GENERE.

fumme neceffaria fit, negligenda non eft. Nos, qui nec indiuidualem in definitis fubiectis, nec eandem definitorum morborum genefin recenfere poffumus, ad ductum phyfiologiae, generalis et fpecialis a nobis traditae, actiones laefas fiue fymptomata generatim tantum expofituri fumus. Satius tamen duximus eum ordinem eligere, quem in lectionibus introductoriis §. 75 ad 78 fummatim exhibuimus, in actionibus vitalibus, animalibus, naturalibus et fexus exempla fymptomatum praecipua declaraturi.

§. 1084.

Nemo vero miretur, nos in recenfendis his fymptomatibus, nominibus morborum, v. c. anorexiae, lienteriae, apoplexiae cet. uti. Si quis enim perpendat, nos morbum dispositionem praeter naturalem, qua actiones laeduntur, appellasse § 917. et morborum differentias essentiales generales Part. I. Cap. 11. proposuisse, is facile perspiciet, assume ut plurimum morborum nomina, quoniam actiones laesias indicant ad symptomata referenda esse. Vti enim causa proxima et morbus conueniunt, §. 1073 fic morbus quoque et symptoma primarium, unam quasi rem indigitare videntur.

§. 1085.

Non fufficit vero actiones laefas tantum indicare et cum fanis quodam modo conferre, fed breuiter ad caufas recurrendum eft, quo eadem ratione, ut in Parte fecunda a caufis ad fymptomata et morbos progreffum fecimus, nunc etiam a fymptomatibus ad caufas refpiciamus. In accurato enim hoc examine officium medici, circa aegrotos verfantis, confiftit. CAPVT

77

CAPVT II. DE ACTIONIBVS VITALIBVS LAESIS.

§. 1086.

In actionibus vitalibus laefis confiderandis circulatio fanguinis et respiratio potissimum occurrunt; licet enim actio neruorum et sluidi neruei in his sit necessaria, ideoque simul perpendi mereatur, tamen, cum ipsam laesionum huius generis naturam vix satis perspicere queamus, nunc in hoc et sequenti capite actionis eius effectus tantum in transitu dataque occasione attendemus, eandem vero separatim exponere vix necessarium ducimus.

§. 1087.

Motus fanguinis per cor et vafa coniun&a arteriofa et venofa, aut acceleratur aut languefcit, aut irregulari modo perficitur; quae quidem differentiae fequentia potiffimum motus circulatorii fymptomata confideranda offerunt. Febrem enim, ut celeriorem fanguinis motum et lentum motum fanguinis et humorum primum confideramus, porro defetum virium cordis in animi deliquio, et tandem motus irregulares in palpitatione cordis, praecipue attendimus.

§. 1088.

Celeriorem per cor et vasa coniun&a sanguinis motum febrem diximus §. 972, et contrarium lentoris humorum statum eidem subiunximus. Febris itaque oritur, si maior, quam in statu sano esse debet, resistentia, in extremis vasis nata, cor ad crebriores

78 PARSIII. CAP. II. DE ACTIONIBVS

briores contractiones excitat. Spafmus vero eft caufa motus accelerati proxima, et vel a lentore humorum ipfo, non nifi a vi cordis valida fuperando, vel ab obstructione inflammatoria, in parte quadam corporis praesenti, vel ab acri irritante, tum in remotis vafis, tum in ipfo corde inducitur,

5. 1089.

Lentus fanguinis motus a viscido eius, praeter naturam aucto, inducitur; hic autem raro immeabilitatem in ipso systemate songuinis producit, sed ad morbos in lymphaticis vasis, e. g. ad leucophlegmatiam et hydropem disponit. In ipsa tamen massa fanguinis, viscidae partes cohaerentes, grumosum scilicet, ad coagulum pronum et polyposum, in denfas fibras concrescentem, songuinem faciunt: prior, in viuis facile solubilis, post mortem saepius adest, alter in vera concreta tenacia, membranacea et carnosa variae figurae transit, et verum polypum, circulationem impedientem, gignit.

§. 1090.

Languida humorum circulatio animi deliquia, plus minus diuturna, efficit. Oritur vero, tum a defectu fanguinis, fcilicet in haemorrhagiis variis, cum magna inanitione vaforum coniunctis; tum a defectu fluidi neruei, vel a qualibet caufa, influxum fluidi neruei in cor impediente, uti in animi affectu grauiore, fpafmis hyftericis, in primis in hominibus, in quibus fumma folidorum eft debilitas, obferuare licet.

J. 1091.

Animi deliquia gradu diuería funt, ita, ut vel infignis virium, quibus sustineri debet homo, defectus,

vel

VITALIBVS LAESIS.

vel caloris naturalis et pulsus absentia cum sudore frigido, vel vera mortis imago in corpore, in quo actiones omnes deficere videntur, observentur. Veteres itaque illa pro diuerso gradu distinxerunt in $\lambda \varepsilon_{i\pi o} \Im_{u\mu_i av}$, $\lambda \varepsilon_{i\pi o} \Im_{u\chi_i av}$, $\sigma \upsilon_{\gamma \kappa o \pi nv}$ et $a \sigma \Im_{u\chi_i av}$, licet vera differentia in his vix poni possit.

§. 1092.

Irregularis tandem fit circulatio in palpitatione cordis, pullu intermittente et inaequali. Si enim, vel infignis iactura fanguinis caua cordis et vaforum depleta fiftit; vel cor viribus fuis refiftentias proximas, in cruore fpiflo, polypofo, aut acri ipfi, aut vicinis vafis inhaerente, non fuperare valet; vel machinae, in motu cordis concurrentes, e. g. valuulae, offeae et ad aequalem motum ineptae fiunt; vel fpafmus fibrarum cordis, aut inflammatio eius partisque vicinae motus regulares impediunt; vel arteriae continuatae, nimis rigidae immo offeae, motum eius non adiuuant, tunc illud crebro, vehementer, et inordinate contrahitur et ideo palpitat.

§. 1093.

Ab omnibus his circuli fanguinis laefionibus varia oriuntur vitae incommoda, anxietas nimirum praecordiorum, refpiratio anxia et difficilis, languor et debilitas totius corporis, fomnus vel nullus, vel inquietus. Si etiam hae laefiones diutius durant reliquarum actionum corporis fingularis plane deprauatio obferuatur, cum ab hoc principe motu, inordinate peracto, et reliqui in corpore perficiendi motus langueant, nec rite fuccedant, id, quod in morbis, faepius abfconditis, varietate tamen fymptomatum confpicuis, faepius experiuntur medentes. §. 1094.

5. 1094.

Cum circulatio fanguinis per pulmones quoque celebretur, impedimenta varia liberae circulationis, per laefam organorum, refpirationi dicatorum, in primis pulmonum actionem explicanda funt. In primis vero fanguificatio laefa, a debili vel aucta nimis pulmonum actione, dependet: in priore cafu enim chylus, non rite cum fanguine commifcetur, nec fanguis venofus ad nouam per corpus circulationem fubeundam praeparatur; in altero vero celeris et violenta fanguinis, ex corde ad pulmones propulfio, mixtionem illius optimam turbat, et diathefin inflammatoriam inducit.

S. 1095.

Quatenus vero respirationem, hoc est, aeris in pulmones ingressum, eiusque ex iis egressum attendimus, hanc actionem laesam asthma fiue difficultatem spirandi dicimus. Huius differentiae, pro varietate causarum, infignes sunt, ita, ut humidum et ficcum, pituitosum, languineum, scirrhosum, flatulentum cet. in praxi speciali distinguantur et explicentur. Ipsa vero actionis laesae ratio, ex causis nunc recensendis, patet, quae quidem, vel in ipso viscere pulmonis, vel in reliqua thoracis fabrica, vel in partibus vicinis positae sunt.

S. 1096.

In pulmonibus ipfis pituita, fanguis, concreta tophacea, vel corpus peregrinum in cauo laryngis, tracheae, vel bronchiorum haerent; aut obstructio pituitofa, vel scirrhofa, in glandulis et cellulis pulmonalibus observatur; aut sanguis inflammatorius, spissus, in vasis aegre circumducitur; aut pulmones mones pleurae accrescunt. Porro quoque ad thoracem respiciendum; interdum enim aer, aqua, fanguis, pus, aut corpus aliud peregrinum in cauitate pectoris et pericardii inueniuntur; aut inflammatio pleurae, musculorum intercostalium et diaphragmatis observatur; aut mala thoracis conformatio, aut distorsio et fractura in vertebris, costis et sterno cognoscitur, aut tumores glandularum colli, circa laryngem, oesophagum et tracheam sitarum, attendi merentur.

S. 1097.

Non vero haec tantum in pectore observata asthma inducunt, sed in vicino quoque abdomine crebriores eius causae inquirendae sunt; hoc enim a viscere scirrholo, flatibus, aqua cet. distentum et rumidum factum, per musculorum abdominalium vim versus diaphragma nimium urgetur et difficultatem spirandi facit. Vti vero varia, quae aequalem et liberum sanguinis transitum per cor impediunt §. 1087 legg. inter causas asthmatis quoque referri merentur, sie praecipue spasmi, in vicinis acque ac remotis partibus et vafis oriundi, dum facilem fanguinis per vala remota transitum impediunt, cordi validiorem refistentiam et pulmonibus maiorem se dilatandi et ampliandi nisum inducunt, quod praecipue hypochondriacorum er hyftericarum exemplo declaratur.

5. 1098.

Gradus huius difficultatis spirandi, a veteribus iam ita definiti fuerunt, ut duo muoia dicatur, si cum aliquali molestia et cita defatigatione, interdum cum dolore frequens sit respiratio: og Jomuoia vero nuncupetur, si stertens et anhelosa, non nisi erecta cer-Patholog. Fuice

82 PARS III. CAP. III. DE ACTIONIBVS

uice et musculis, ad respirationem non proprie pertinentibus, violenter intensis, respiratio perficitur §. 441. Si tandem sensim sensimque respiratio omnis intercipitur, vel ex quacunque causa subito eadem tollitur, in illo casu annoia, in hoc autem catarrhus suffocatiuus appellatur.

S. 1099.

Tuffis et fingultus funt actiones laefae, circa refpirationem quoque attendendae; cum vero haec incommoda, circa refpirationem oriunda, frequentius fine infigni moleftia confpiciantur §. 445. 446. et in augmento fuo non nifi ex caufis, fuperius recenfitis, §. 1095 feqq. explicari poffint, ulteriorem horum fymptomatum explicationem omittimus. Raucedo tandem eft laryngis et connexarum partium laefio, qua aer per ficcas, vel pituita tenaci obfeffas, vias aereas, cum moleftia et voce in loquela et cantu fuppreffa, emittitur.

CAPVT III. DE ACTIONIBVS ANIMA-LIBVS LAESIS.

6. 1100.

Duo hie potissimum occurrunt momenta, scilicet laesio sensus et motus, per causas uniuersales, in circulo sanguinis et distributione fluidi neruei positas, vel laesio organorum particularium, sensus et motus perficientium. Hae vero sensus et motus laesiones, vel simultaneae sunt, vel una licet actione defideficiente, altera adhuc viget. Cum vero neruorum fabrica et actio difficile cognofcatur §. 315 et organorum fenforiorum musculorumque structura maxime composita inueniatur, laesionum harum ratio vix semper tradi poterit. Nos itaque uniuersales fensus et motus laesiones ex phaenomenis et causis generalibus quodam modo explicabimus, particulares vero, quo et haec doctrina breuiter declaretur, paucis exemplis illustrabimus.

§. 1101.

Si in homine fubito, rarius fucceffiue, fenfus externi et interni obnubilantur, et prorfus aboliuntur, motusque voluntarii nulli perficiuntur, ita, ut flipitis inftar iaceat, eum apoplexia tactum effe dicimus. Interea tamen vitam euidentem in vitalibus motibus deprehendimus, dum ut plurimum validius refpirat, et pulfus cordis et arteriarum vehementior obferuatur.

§. 1102.

Si aegri post tales infultus, vel viribus vitae vel apta medendi via ad se redeunt, saepe tamen resolutio neruorum, quam paralysin dicunt, remanet; haee est ineptitudo musculorum ad actiones perficiendas, quae potissimum a neruo pender. Paralysis vero non solum post apoplexiam praegressam remanet, sed saepius quoque illam praecedit, et ex causis suis sola oritur. Interdum quidem post insultus apoplecticos et sensuum externorum et internorum debilitas quaedam observatur, de qua tamen alibi dicturi sums.

§. 1103.

Distinguunt porro paralysin pro ratione partium, quae afficiuntur; si enim omnes musculi sub F 2 capite

83

84 PARSIII. CAP. III. DE ACTIONIBVS

capite fiti resoluuntur, paraplegia dicitur; si musculi, in uno latere siti, immobiles fiunt, hemiplegia appellatur; si tandem pars quaedam singularis, ut lingua vel brachium, actionem suam persicere nequit, paralysis partialis nuncupatur.

§. 1104.

Ad apoplexiam disponit et saepe eius initium est vertigo, quae est apparens rotatio omnium obieestorum, quae visu percipiuntur, ita, ut trementes et vacillantes homines incedant, nec tantum in visus organo agitationem, sed et susurum in auribus et molestam aliquam sensationem corporis et capitis potissimum observent. Quam ob rem graues insultus vertiginosi apoplecticis simillimi videntur.

§. 1105.

Spaſmus eft valida et violenta muſculoſae partis contractio, quae non tantum in muſculis ſiue maſſis carnoſis, quae artus aliasque corporis partes mouent, ſed et in omnibus membranis, quae ſibras carneas intertextas habent, e. g. in muſculoſa inteſfinorum tunica, obſeruatur. Ipſa vero contractio vel continua, vel alterna eſt: in priori caſu ſpaſmus, ſpeciatim aſſumtus, dicitur, ubi per longius temporis interuallum durat, non niſi cauſa proxima agere deſinente remittens, hinc parte ſpaſmo aſſecta prorſus rigida exiſtente; in altero caſu conuulſio appellatur, ubi ſpaſmo in uno muſculo, vel ſibra muſculari vix remittente, antagoniſta, aut ſibra oppoſita eo corripitur, motusque ſic alternatim ſiunt.

Non nulli spalmum et conuulsionem synonymice affumunt et alterne remittentem spalmum motum conuulsiuum dicunt.

§.1106.

§. 1106.

Validiora spasmorum genera, pro indole dire-Etionis, motus et inde pendentis actionis laesae, fequentia a veteribus assumuntur. Tetanus est rigiditas corporis totius, a simultanea et uniuersali mufculorum, stationi et extensioni membrorum inferuientium, contractione oriunda; partialem vero rigiditatem crampum, barbaro vocabulo, dicunt. Emprosthotonus appellatur, si omnes corporis partes antrorsum; opisthotonus, si omnes retrorsum se suttorsum set diu in co fitu retinentur. Sed mira in his est varietas, non satis definienda, sed ex generali idea spasmi tantum diiudicanda.

S. 1107.

Epilepfia codem modo, ut apoplexia, actionem fenfuum tollit, et homines profternit, ideoque morbus caducus dicitur : fed miri fimul in corpore oriuntur conuulfiui motus et spasmi, ita, ut aliae partes rigidae retineantur, aliae alternatim conuellantur, donec, exacerbatione morbi finita, languor partium omnium, sensus et motus perficientium, ad tempus remaneat; hinc etiam in habituali epilepfia, extra paroxysmum quoque, saepius stupiditas in senfibus externis internisque et languor in motu mufculorum observantur.

§. 1108.

In fummo fenio, praecipue in iis, qui laboribus et meditationibus per vitam agitati fuerunt, et motus animalis imbecillitas et fenfuum hebetudo inducitur. Haec ultima avaio Inoria fiue fenfuum defetus appellatur, ubi non tantum organa fenforia obiecta imperfecte et confuse percipiunt, sed et potif-F 3 fimum

86 PARS III. CAP. III. DE ACTIONIBVS

fimum fenfuum internorum imbecillitas obferuatur, ut in memoria debili et iudicii acumine deleto cognofeimus. Quam quidem imbecillitatem fenilem, per caufas fingulares, in aetate non adeo prouecta interdum accedere confpicimus: v. c. per delirium febrile, maniam, melancholiam, abufum veneris, in iuniore aetate cet.

§. 1109.

A fenfibus internis lacíis ad fomnum, fimili modo laefum, progredimur. Peruigilium enim illum ftatum corporis denotat, in quo, corpore licet quieto, fenfus externi internique vigent, et difpofitio ad motus mufculares adeft, fomnus vero nullus, quamuis eum maxime exoptent aegroti, eundemque ad vires reftaurandas fumme neceffarium habeant. Somnolentia e contrario eft ille corporis ftatus, ubi illud, etfi ad fenfus et motus exercendos, per caufas externas cogitur, eosdem tamen non facile exercet, fed mox fummam procliuitatem in fomnum capiendum, experitur.

§. 1110.

Mira eft in his actionum laefarum varietas, in qua definienda non fatis conueniunt pathologiae doctores (vid. B. MOOR in pathologia cerebri Cap. VII. p. 188). Nos fequentes indicamus differentias: coma vigil eft procliuitas in fomnum non diu durantem, fed excitatione per caufas internas iterum diffipatum; coma fomnolentum e contrario eft fomnus post excitationem per caufas externas, iterum iterumque inductus, nulloque modo diffipandus. Carus et lethargus continuum fomnum indicant, ita tamen, ut alii carum fine febre, et lethargum cum febre affumant, alii contrarium statuant. Haec ve-

ro

ANIMALIBVS LAESIS.

ro fymptomata non raro ad apoplexiae calidae et frigidae genera reduci posfunt.

§. IIII.

Omnes hae mutationes morbofae feu actiones laefae ideo in animalibus actionibus crebrius occurrunt, quoniam in ftatu naturali quoque in his actionibus interruptus femper, et ex inftanti mox viuidior, mox lentior redditus, motus deprehenditur, unde partiales et uniuerfales eius perturbationes; fi caufas remotas refpicimus, facilius hic eueniunt, quam in reliquis actionum vitalium et animalium organis, ubi femper aequalis eft fpirituum motus, qui, fi etiam mutatur, per gradus quafi intenditur et imminuitur.

§. 1112.

Caufarum fcrutinium, in his actionibus laefis definiendis, maxime difficile deprehenditur, cum in cerebro et neruis, et fluido, hic fecreto et moto, pofita fit actionum laefarum ratio. Motus vero fluidi neruei in ftatu fano aegre intelligitur et diiudicatur, ideoque ille in morbofo quoque ftatu, vel auctus, vel imminutus, vel irregularis redditus, difficulter difquiritur et cognofcitur. Si tamen vel cerebrum ipfum eiusque laefiones, vel motum circulatorium fanguinis et humorum laefum, vel ipfam denique neruorum, vel fluidi, in ipfis moti, indolem curatius attendimus, non nullas caufas apte perípici, et alias inde deduci poffe exiftimamus.

§. 1113.

Respectu cerebri caluaria minus apte conformata, fracta, depressa, vel ab exostosibus immutata, vel F 4 corpora

87

88 PARS III. CAP. III. DE ACTIONIBVS

corpora peregrina, per vulnera in caluam introdu-Eta, fenfiles cerebri membranas ipfamque eius fubftantiam irritant et destruunt. Porro quoque humores fanguinei, vel serosi, inter membranas, cerebrum inuoluentes, vel in cauitates eius ipfas effusi, ftagnantes et corrupti, teneram eius fabricam laedunt. Ipfa tandem cerebri substantia, inflammatione, suppuratione, gangraena, sphacelo et scirrho corrupta, aequabilem distributionem sanguinis in cerebro et inde fluidi neruei secretionem et distributionem mire perturbant.

S. 1114.

Refpectu vero circuli fanguinis et humorum, in genere confiderati, plethora et morus fanguinis inteftinus et progreffiuus vehementior redditus, capiti potiffimum moleftus, mixtio fanguinis et humorum morbofa, pituitofa, atrabilaria, fecretionem, in cerebro perficiendam, fuo modo laedunt. Similis difpofitio per varia medicamenta, in primis narcotica et venenata, inducitur, ut opii et cicutae exemplo cognofcimus. Languor motus circulatorii, a rigiditate et laxitate fibrarum oriundus, quem in fenibus et obefis confpicimus, fimili modo actiones cerebri et neruorum languidiores reddit.

§. 1115.

In neruis vero eo in loco, ubi ex medulla oblongata et spinali vicinisque partibus educuntur, stafes sanguinis, vel seri, vel cuiuslibet materiae morbosae peregrinae corruptae in cellulosa tela, neruos cingente, observantur, quae simili modo, ut alii tumores exorti, neruos comprimunt, et, quemcunque assumamus, suidi neruei motum intercipiunt. In neruis neruis quoque, per corpus distributis, fimilis colle-Etio inter telam cellulosam, cos inuestientem, vel alia causa comprimens, affumenda idem praestar. Nerui principes, ut par vagum et intercostale, tenfi et ab obstructione viscerum, vel repletione ventriculi et intestinorum, spastice affecti, symptomata quoque morbola, per consensum aliorum neruorum oriunda, efficiunt.

6. IIIG.

An fluidum nerueum in fua indole et mixtione mutari, idque diuersas inde actiones laesas inducere poffit, dubia quaeftio eft. Natura huius fluidi obscura est: cum vero, tanquam liquor, ex sanguine fecretus, confiderari mereatur, naturalem quandam mixtionem partium ut habeat, necesse effe videtur, quae forze per morbolas caulas mutari et in praeternaturalem mixtionem deduci potest. Dispositio atrabilaria, suo modo in sanguine et lympha exiftens, et melancholiam et maniam inducens, haud obscure declarat mixtionem fluidi neruei, modo haud cognoscendo, mutari posse.

§. 1117.

Diuerfitas infignis caufarum, nunc a nobis indicatarum ita quidem comparata est, ut fingulis sympromatibus, fuperius recenfitis, propriae non ubique affignari et genefes morborum inde declarari poffint, nisi ad individualem disquisitionem in definitis fubiectis accedamus. Sufficiat igitur, in obscura hac pathologiae parte, generalis fymptomatum et caufarum recenfio, in primis, cum experientia doceat, in morbis his neruofis non femper accuratum fymptomatum ordinem obferuari, fed haud raro mor-

89

90 PARS III. CAP. III. DE ACTIONIBVS

morbos, inde natos, nouas quasi scenas ludere, pathologis haud adeo descriptas, ex his fundamentis tamen diiudicandas.

S. 1118.

Similes causae, circa neruos organorum sensoriorum haerentes, sensus externos vario modo perturbant et laedunt. Ipsa etiam organorum fabrica vario modo laedi potest, quod in gustus, olfactus, et tactus organis, utpote non adeo compositis, facile ostenditur. De visus vero et auditus organis, quae magis composita deprehenduntur, pauca exempli loco adducenda et ulterius a nobis explicanda funt.

§. 1119.

In visus nimirum organo et partes inuoluentes, et mouentes primum confiderari merentur, post ea viae lacrimales, porro tunicae, bulbum oculi effieientes, et tandem humores, varia ratione in his difpositi, attendenda, et in laesionibus suis examinanda funt. Haec vero generalius et tantum in exemplis hic demonstrari poterunt, cum specialior tractatio symptomatum nos in amplissimam, qui circa oculum observantur, morborum historiam ducerent, quae hic loci ex instituto pertractari nequit.

§. 1120.

Partes, oculum obtegentes et bulbum cingentes, praecipue hic loci attendendae funt. Palpebrae nimirum in tunica coniunctiua potifiimum inflammationem, fuppurationem et erofionem patiuntur; in limbis earum glandulae febaceae obstruuntur et grandinosae fiunt, tarfi eroduntur, et uti cilia male disponuntur, quibus omnibus, licet visus non aboliatur, liatur, acies tamen eius imminuitur. In pinguedine, in qua oculi bulbus haeret, immo in ipfis orbitarum offibus, tumores varii fcirrhofi, cyftici et exoftofes oriuntur, qui bulbum oculi premunt, eumque a fitu naturali deturbant, et ideo axin vifus peruertunt.

§. 1121.

Musculi, palpebras et ipsum bulbum oculi varie mouentes, paralysi, spasmis aliisque musculosarum partium laesionibus afficiuntur, unde laxitas palpebrarum earundemque rigiditas, nec non inordinata bulbi directio dependet. Ipsi etiam tumores, circa bulbum enati, ut hunc e sede sua dimouent §. 1120, sic et musculos a naturali directione detorquent, et liberum oculi motum, a quo summa eius perfectio pendet, impediunt; hinc strabismus et aliae visus torui species enascuntur.

§. 1122.

Glandula lacrimalis obstructa, indurata, et scirrhosa, vel ut tumor premens, vel ob defectum lacrimarum visum laedit, ipsa vero, nimis laxa existens, copiosiores lacrimas secernit, quae, nisi per puncta lacrimalia resorbeantur, in oculo haerent, acres siunt, carunculam et membranulam anguli interni, nec non palpebras ipsas arrodunt, et ita in oculo illacrimante per genas defluunt. Saccus lacrimalis obstructus et scirrhosus redditus, lacrimas sus sus non in nares dimittit, quae ideo stagnando corrumpuntur, has partes erodunt et ulcera et statuas lacrimales inducunt.

S. 1123.

Ex tunicis oculi cornea pelluciditatem, vel ex toto, vel ex parte, amittit, et ita progressum radiorum

92 PARS III. CAP. III. DE ACTIONIBVS

rum per bulbum impedit. Serofae enim acrium humorum congeftiones, multo magis vero inflammationes, puftulas, ulcufcula, cicatrices et pannos relinquunt, quibus tunica haec minus pellucida efficitur. Choroidea ipfa, inflammationem oculi internam, dolores, fpafmos et fuppurationem patitur, et ita vifus mire turbatur, faepiusque prorfus tollitur, magis vero uuea fimilibus laefionibus tentatur. Ob has vero, vel alias, caufas motus pupillae deftruitur, fi illa vel nimis contracta, vel nimis dilatata et immota, perfiftit, et ita vifum, vel in lucido, vel in obfcuro, tantum loco permittit.

§. 1124.

Retina tunica, ob fibras medullares nerui optici in ea expanías, vel partialem, vel uniueríalem fenfus abolitionem patitur, hinc in priori caíu maculae et fcintillae, ante oculos volare viíae, in pofteriore amaurofis oriuntur: ipía vero vaía lymphatica, quae medullaribus fibris intexuntur, fimilia producere poffunt incommoda, dum ftagnationes feroíae et inflammatoriae in iis oriuntur, quibus organum hoc viíus primarium deftruitur. Sed, retina etiam, rite conftituta, neruus tamen opticus obftructus, compresífus et aridus factus, plenariam viíus abolitionem fiue amaurofin efficit, vel alia leuiora viíus vitia inducit, prout, vel quaedam, vel omnes, fibrae medullares et vaículofae comprimuntur et exficcantur.

§. 1125.

Humores oculorum obscuri et minus pellucidi fiunt, nec radios transmittunt, nec conuenienti ratione refringunt. Hoc in aqueo observatur, fi a viscido, ibi concrescente, cataractae spuriae oriuntur, tur, humor tamen ipfe ceteroquin fanus et augeri, et imminui poteft, et inde vel corneam nimis eminentem et conuexam, vel nimis depreffam et flaccidam reddit. Et vitreus obfcurior redditur, fi humores non aequabiliter circulantur, fed ftafi fpiffiores redduntur. Maxime vero lens cryftallina et in membrana inuoluente, qua vitreo iungitur, v.c. per inflammationem, et in interna fubftantia, ex lamellis concentricis facta §. 520, per humorum ftafin corrumpitur. Interdum enim corpus lentis in laminis minimis, ex quibus componitur, marcefcit, interdum ab impuris humoribus, ibi depofitis, obfcurum redditur, unde hebetudo vifus et cataractae variae fpecies oriuntur.

§. 1126.

In auditus organo laefo, vel nimis acutum, vel grauem auditum, vel plenariam furditatem, obferuamus. Si igitur primo viam, per quam aer ad tympanum transit, consideramus, conformatio peruersa auriculae, vel eius defectus occurrit. Magis vero meatus auditorius attendi meretur, quippe qui, vel a ferosa colluuie relaxatur, vel cerumine copioso, fordibus remixto et indurato, vel tumore, inflammatione et ulcere, ita quidem mutatur, ut sonus, vel prorsus non, vel difficile et cum molestia ad tympani membranam pertingere eandemque ferire, et ita ad interiora penetrare possit.

S. 1127.

Et membrana tympani auditum varie laesum reddit, quippe quae vel finditur, vel relaxatur, vel rigida et non nunquam ossea fit, et ita tremores minus apte, ad cauitatem tympani transferendos, suscipit.

94 PARS III. CAP. IV. DE ACTIONIBVS

pit. Sed non haec tantum via aeris praeclufa auditum laedit; alia enim ex ore in aurem internam patula, fcilicet tuba euftachiana pituita, ichore, pure vel alio corpore peregrino repleta, vel poft ulcera faucium, in primis venerea coalita, impedit, quo minus aer atmosphaericus renouari et ita soni accurate ad labyrinthum continuari possint.

§. 1128.

Si cauitatem tympani in fe confideramus, tunc inflammatio perioftii, colluuies ferofa et purulenta, ibi collecta, auditum perturbant. Si offa et mulculos attendis, illa a mala conformatione et difpofitione, hi a fpaſmo, paralyfi et aliis partium muſculoſarum vitiis ita mutantur, ut peruerſus, vel nullus inde oriatur auditus. Simile quid in labyrintho, quoad ofſeam, vaſculoſam et neruoſam partem conſiderato, euenit, ita, ut in primis inflammationes internas, dirifſimos dolores, praeſertim in percipiendis ſonis, producant. Neruus etiam acuſticus ipſe marceſcit, et ad ſonos percipiendos et propagandos ineptus redditur.

સ્વાન્યાએ સ્વાન્યાએક સ્વાન્યાએક સ્વાન્યાએક સ્વાન્યાએક સ્વાન્યાએક સ્વાન્યાએક સ્વાન્યાએક સ્વાન્યાએક સ્વાન્યાએક

CAPVT IV. DE ACTIONIBVS NATVRA-LIBVS LAESIS.

S. 1129.

In actionibus naturalibus laefis examinandis vitia digeftionis, ad ductum canalis alimentorum, primum difquirimus et chylificationem inde impeditam fimul coniungimus; post ea se et excretionis laefae

NATVRALIBVS LAESIS.

laesae rationem, in genere declaratam, exemplis quibusdam illustramus, tandem et nutritionis negotium, vario modo turbatum, diiudicamus.

§. 1130.

Et primo quidem appetitus ciborum naturalis, vel imminuitur, vel augetur. $\Delta v \sigma o g \epsilon \xi i \alpha$ nimirum imminutum, $\dot{\alpha} v o g \epsilon \xi i \alpha$ prorfus deletum, appetitum declarant; $\dot{\alpha} \pi o \sigma i \tau i \alpha$ vero fastidium ciborum, quale est carnium in febribus acutis, indicat. Infatiabile fere ciborum defiderium $\beta s \lambda i \mu o \varsigma$, seu fames bouina dicitur, quo in casu, si assume venit: pica vero appetitus deprauatus alienarum rerum, quae in nutrimentum corporis, vel prorsus non, vel difficillime conuerti possume, appellatur.

§. 1131.

Appetitum imminutum faciunt pituita et alimenta in ventriculo relicta, minus digefta, fed corrupta, liquor gaftricus vel deficiens, vel quoad indolem fuam vario modo deprauatus, bilis vifcida, iners. Auctum vero reddunt liquores, digeftioni inferuientes, iufto acriores redditi, valida ventriculi vis, a robore mufculofarum fibrarum nimio oriunda, vermes, irritatione fua digeftionem accelerantes, vis imaginationis in grauidis laefa.

Sub initium plurimorum morborum appetitus naturalis vix non femper perit: num a toto fystemate neruoso tum temporis male affecto? an ab humoribus, digeftioni inferuientibus, non rite affluentibus?

§. 1132.

Sitis §. 383 infigne potulentorum defiderium, ab affumtis fluidis vix leniendum, denotat, et ab acrimonia,

96 PARS III. CAP. IV. DE ACTIONIBVS

monia, in primis viis et praecipue in ventriculo haerente, e.g. muriatica, excitatur. In pluribus vero morbis symptoma est, ab immeabilitate humorum oriundum, per quam nimirum ex variis causis productam, faliuae et liquoris gastrici defectus nimiaue tenacitas inducitur.

S. 1133.

Manducatio laesa musculorum, huic actioni dicatorum, spasmo vel paralysi, a luxatione alioque vitio, circa maxillam inferiorem eiusque potissimum articulum deprehendendo, a dentibus cariosis et deficientibus, et tandem a qualibet congestione serosa et inflammatoria oris et linguae, inducitur. Saliuae etiam defectus, vel dispositio eius deprauata, actionem hanc dissiciliorem reddit. Hinc deglutita, non masticata, difficile vel prorsus non digeruntur.

§. 1134.

Deglutitio laefa dicitur, quando ad ventriculum deferenda, per pharyngem non defcendunt, fed aliena loca petunt, dum ex faucibus ad os, nares et laryngem regeruntur §. 366 feqq. In partibus itaque, ab ore ad pharyngem ufque fitis, huius actionis laefae ratio pofita eft, quae vel in tunica interna oris et faucium laefa, congeftionibus ferofis et pituitofis, vulnere, inflammatione, ulcere, fcirrho, gangraena et fphacelo, has partes afficientibus, vel in mufculis, ad eum motum concurrentibus, paralyfi et fpafmo affectis, vel in aliis partibus vicinis, ad collum fitis, deprehenditur.

§. 1135.

Angina non tantum deglutitionem, sed et respirationem laesam indicat, quoniam et deglutienda et aer

NATVRALIBVS LAESIS.

aer per vias, utrique huic actioni dicatas, munc morbo affectas, difficile transeunt: in respiratione autem laesa anginae mentionem non fecimus, quoniam laryngem et tracheam, ut partes, hoc in casu potiffimum laesas, cum deglutitionis viis connexas, confiderare possimus. Optime distinguunt anginam a causa laedente, in serosam, inflammatoriam, cet. Veterum enim nomina $\varkappa u \varkappa a \gamma \chi n$ et $\sigma u \varkappa a \gamma \chi n$, quae grauiorem laessonem, $\pi a \rho a \varkappa u \varkappa a \gamma \chi n$, quae grauiorem laessonem, $\pi a \rho a \varkappa u \varkappa a \gamma \chi n$, et $\pi a e a \sigma u \mu$ wa y χn , quae mitiorem laessonem indicare videntur, minus accurate definita inueniuntur. Vid. v A N swietten Tom, II ad §. 783. p. 618 seq.

§. 1136.

Alimenta affumta interdum in ventriculo non digeruntur, idque vel liquorum digerentium, vel actionis ventriculi et motus respiratorii, digestionem in statu naturali adiuuantis, vitio. Hinc digestio laesa cruda in ventriculo colligit, quae cibos, bonae notae accedentes, corrumpunt. $\Delta u\sigma \pi e \psi_{122}$ et $\beta_{e\alpha}\delta u\pi e \psi_{122}$ digestionem difficilem et languidam, $\alpha \pi e \psi_{122}$ digestionem plane deprauatam indicant, quando vero alimenta in ventriculo, pro varia sua indole, corrumpuntur, $\delta_{122} \Theta_{2222}$ dicitur.

§. 1137.

Acris et 'corrupta indoles contentorum ventriculi cardiam, oefophagum et inde diaphragma, male afficit; hinc oritur fingultus §. 446, qui et ab aliis caufis, ventriculum aut diaphragma male afficientibus, excitatur, et conuulfiuam quafi pectoris fuccuffionem efficit. Ructus fiunt violenta aeris explofione ex ventriculo, per oefophagum, spastice constri-Patbolog. G Aum,

98 PARSIII. CAP. IV. DE ACTIONIBVS

clum, per interualla et cum impetu profiliente, et a vitiis digestionis, tanquam symptoma pendent, dicuntur enim a causa, nidorosi, acidi cet.

§. 1138.

Alimenta et medicamenta, cum auerfatione ingefta, vel acria et cruda, in ventriculo collecta, neruos, in primis paris vagi circa cardiam copiofe difperfos, male afficiunt, inde naufeam, conatus vomendi et tandem vomitum ipfum inducunt §. 381. Vomitus vero et a plenitudine ventriculi et ab acribus et naufeofis ftimulis excitatur, et violentam euacuationem contentorum ventriculi per os inducit. Haec vero cuncta, non tantum a caufis, in ventriculo haerentibus, fed et ab aliis, neruos in genere male afficientibus, oriuntur, e. g. ab idea rei ingratae, haefione capitis, calculo, cet.

§. 1139.

Digestio in ventriculo, male peracta, saepius etiam in intestinis male continuatur, quando inertia bilis atque liquoris pancreatici et intestinalis, et languor motus peristaltici fimul concurrunt. Hine saepius alimenta, vel prorsus non mutata, vel minus perfecte digesta, per intestina ducuntur, et ita reiiciuntur, quod vitium laeuitatem intestinorum, sue $\lambda_{\text{susrtspiav}}$ dicunt medici. Tunc vero potissimum alimentorum celeris progressio observatur, si re'iquis actionibus, ad digestionem bonam concurrentibus, laesis, respiratio tamen valida motum peristalticum celeriorem efficit.

§ 1140.

Interdum quidem organa digestionis et liquores digerentes in concoquendis alimentis egregie cooperan-

NATVRALIBVS LAESIS.

rantur, fed viae chyliferae vel obstructae, vel relaxatae sunt, et ideo optimam digestorum partem assumere nequeunt, quae hanc ob causam simul cum excrementis ad intestina crassa propelluntur. Actio haec laesa affectio coeliaca dicitur, et laudabilis putritionis defectum omnino indicat.

§. 1141.

Non tantum vero alimenta, minus rite elaborata, ex canali alimentorum eiiciuntur, digeftione et chylificatione laefa; fed et ferum, copiofius ad inteftina fluens, bilis corrupta et acris, impetuofe mota, acrimonia rancida, acida aliaue, ex alimentis reli-Eta, fanguis floridus, flagnans, nigricans, corruptus, et alia, vel mole fua, vel acri ftimulo male afficiunt canalem alimentorum, ideoque fpafmos excitant, quos dolores colicos in genere a colo inteftino dicere folemus, licet et faepius tenuia inteftina acrimonia fcateant et irritentur. Ipfe vero effluxus eiusmodi materiae, pro differentia caufae et indole fecreti humoris, variis nominibus infignitur.

§. 1142.

Quando enim materia acris et corrupta alimentorum, feri et bilis, in ventriculo et intestinorum tra-Au collecta, urgetur, maximo cum impetu mouetur, spasticisque doloribus plus minus coercetur, tunc fursum deorsumque propellitur, vomitum cum excretione aluina coniunctum excitat, et cholera morbus appellatur, ac si bilis acris, in duodeno mota, et sursum versus ventriculum et deorsum versus intestina materiam, morbose collectam, maximo cum impetu expelleret.

99

100 PARS III. CAP. IV. DE ACTIONIBVS

§. 1143.

Diarrhoea frequentem et copiofam fluidae materiae euacuationem per aluum indicat, ita, ut in ferofam vel biliofam, vel porro ratione effectus in falutarem et morbofam diftinguatur. Saepius, ubi materia non adeo acris et ftimulans eft, fine ullo dolore transit, faepius borborygmis et flatibus flipata deprehenditur; femper tamen diarrhoeae nomen in leuiori cafu tantum affumitur, fi nec febris ingens accedit, nec spaftici motus atque dolores enormes funt, nec peregrina adeo corpora eiiciuntur.

§. 1144.

Grauius vero malum eft, dyfenteria feilicet, ubi difficulter, cum molestia infigni et summo dolore atque tenesmo non tantum acris pituita abstergitur, et euacuatur, sed laesa quoque intestina sanguinem fundunt, eumque una cum carunculis pure et aliis morbosis humoribus euacuant; hinc ut plurimum in dyfenteria, increbrescentibus deiectionibus, tormina exasperantur, quae vero in diarrhoea aluo deposita se remittunt. Vterque vero morbus per affluxum humorum, plus minusque acrium, post refrigerium externum ad intestina conuersum, non tantum oritur, fed saepius maxime augetur.

S. 1145.

Non tantum vero acrimonia, in inteftinis nata et collecta, sed ex visceribus abdominalibus laefis quoque eo deducta, morbose euacuatur: cum itaque ut plurimum materia putrida bilis et sanguinis grumosi, corrupti, non nunquam cum pure remixti, copia ex hepate per intestina tenuia et saepius quidem cum dolore et tenesmo descendat, sluxus hepatici nomine

NATVRALIBVS LAESIS. 101

nomine infignitur, licet et ex aliis visceribus huc deferatur, et non raro tubus intestinalis, ex glandulis scirrhosis et carcinomaticis, pituitam albam et acrem ichorosam fundat, et ita sluxus ventris morbosos diuersissimos reddat.

S. 1146.

Vti vero feces aluinae, fic et alia ad canalem intestinorum morbose fluentia, in progressu fuo ad anum impediuntur, motu peristaltico inuerso versus superiora propelluntur, et vomitu reiiciuntur, quae actio laesa, iliaca passio, sue ileus morbus dicitur. Causae, in quolibet impedimento, progressum fecum aluinarum ad inferiora prohibente, positae funt, et scybala duriora, inflammatio, spassus, voluulus sue intestinorum morbosa conuolutio, eorumque in se inuicem facta retractio atque intorsio, et alia plura, huc referri merentur.

§. 1147.

Saepius vero vel ficcitas inteftinorum, et inde orta fcybalorum durities, vel motus periftalticus languidus, ab actione refpirationis non fatis adiutus, vel laxitas inteftinorum, v. c. a calido et aquofo potu inducta, feces aluinas in motu fuo cohibet, et obftructionem aluinam efficit, quae etiam a fpafmo, in recto potifimum inteftino per haemorrhoides excitato, oriri folet, et pondus abdominis moleftum, flatus inteftina diftendentes, et dolores tenfionesque producit. Spafmus ab his, vel aliis caufis, potiffimum acri aliqua materia, ut in dyfenteria, in inteftino recto inductus, tenefmus appellari folet, qui crebrius, at inane, defidendi defiderium producit.

5. 1148.

102 PARSIII. CAP. IV. DE ACTIONIBVS

§. 1148.

Secretio variorum, ex fanguine producendorum, humorum omnia, quae circulum fanguinis uniuerfalem, vel intendunt, vel imminuunt, infigniter perturbant. In febribus oritur fitis, quia faliua vel fpiffior redditur, vel prorfus deficit; fimili prorfus ratione et perfpiratio infenfibilis et urina aliique humores, in libero per colatoria acceffu atque tranfitu impediuntur. Ipfa quidem deprauata fanguinis et humorum mixtio ad reliquas quoque fecretiones fefe extendit, hanc tamen laefionem, cum non nifi ex acrimoniarum diuerfa ratione explicari poffit, hie non tangimus, alii vero fecretionis laefae modi per exempla quaedam, nunc proponenda, patebunt.

§. 1149.

Perspiratio insensibilis laeditur, fi laxitas tubulorum cutaneorum ipsaque humorum tenuitas sudorem copiosiorem essure facit, qui saepe vires corporis eneruat et acria ad cutim deriuat, ut, suidissimis partibus dissipatis, pustulae et maculae variae formae exsurgant, uti in exanthematicis febribus conspicimus, quae plus minusque insignes inflammationes, pustulas serosas et alia varia incommoda, saepius pruritum et erosionem in cute, producunt.

S. 1150.

Bilis fe et excretio laefa alia incommoda in hepatis vifcere, alia in canali alimentorum et reliquo corpore excitat. In hepate enim infarctus, obstruculus observatur, in viis biliariis et vesicula fellea calculus observatur, bilis vero acris, per vias biliferas mota, spasmos et inflammationes producit, ad duodenum

NATVRALIBVS LAESIS. 103

denum vero delata diarrhoeas biliofas, choleram et alios morbos excitat. Bilis exitus denegatus cachexiam biliofam et icterum, fcilicet effusionem bilis in fanguinem, producit; cum vero bilis in intestina non fluit, digestio laeditur, stimulo deficiente feces aluinae figuntur et argillaceae redduntur.

S. 1151.

Et succus pancreaticus, qui ex glandula pancreatis obstructa et scirrhola fluere nequit, bilem nec diluit, nec digestioni aptam reddit; hinc stimulus nimius, a bile acri oriundus, chylificationem turbat. Liquor intestinalis deficiens eodem modo ficcitatem intestinorum inducit et duriora scybala figit. Mucus intestinorum, si deficit et abrasus est, quemlibet stimulum intestinis molestum reddit, et dirissimam illam colicam, pictonum dictam, efficit; eius vero augmentum et nimia inspissatio glutinosum in primis viis auget, resorptionem chyli impedit et vermibus generandis ansam praebet.

§. 1152.

Vrina în renibus fecreta, interdum copiofius affluit, et fpuriam diabetem inducit, fi vero, quod rarius euenire folet, optimas et nutritioni aptas particulas fimul fecum ducit et lympha nobili featens deprehenditur, tunc vera adeffe cognofeitur diabetes, quae fummam debilitatem et proftrationem virium inducit. Caufae in laxitate valorum et tubulorum renalium, nec non in mixtione deprauata fanguinis quaerendae funt. Interdum parcior eft urina, cuius ratio et in viis ipfis, et in mixtione urinae quaerenda eft.

§. 1153.

104 PARS III. CAP. IV. DE ACTIONIBVS

§. 1153.

In via enim urinae, a renibus per ureteres, veficam et urethram deducta, arenulae et calculi, fanguis grumofus, pus, carunculae cet. progreffum huius humoris impediunt. Ipfa enim urina, acris reddita, mucum naturalem, in viis urinariis exfudantem, abstergit, tuncque stimulo molesta, spassos, excretionem urinae intercipientes, concitat. Hoc ultimum potissimum obseruamus, ubi acria, in primis ex potu, minus rite fermentato, nec non ex medicamentorum diureticorum et aphrodissacorum abusu huc deducuntur, quae vias has nimium irritant, uti exemplo cantharidum abunde declaratur.

S. 1154.

Ex his potifimum caufis duo spia oritur, fi feilicet urina cum moleftia et ardoris fenfu excernitur, ita, ut infpiratione tantum leuiter intenfa, protrudi nequeat, fed vehementi demum conatu exprimatur. Species huius mali eft $\varsigma p \alpha \gamma \gamma s p \alpha$, ubi urina guttatim et cum intenfo dolore excernitur. Si tandem hic humor excrementitius prorfus intercipitur, ita, ut ne gutta quidem excerni poffit, tunc valida haec urinae retentio $i\sigma \chi s p \alpha$ dicitur, quae vel a fpafmo vehementiffimo, vel ab infigni partium, urinae fecernendae inferuientium, obftructione, inflammatione aliisque pluribus caufis producitur.

§. 1155.

Quando urina, in vesica collecta, praeter voluntatem sponte effluir, incontinentia eius appellatur. Haec a sola laxitate, paralysi vel destructione suppuratoria et gangraenosa fibrarum, orificium vesicae cingentium, oritur, et ut plurimum post partum, cum

NATVRALIBVS LAESIS.

105

cum infigni moleftia editum, rarius etiam ex calculo, diutius haerente, et ob angulosam figuram partes has irritante et destruente, euenire videtur.

S. 1156.

Nutritio laela atrophia dicitur, in qua reparatio particularum, fibras minimas componentium, poft destructionem quotidianam necessiria, vel prorsus non, vel non apte satis perficitur, ita, ut inde vis et robur solidorum destruatur: licet enim vires vitae, a fluidi neruei secretione et distributione potissimum dependeant, vires tamen vitales et elassicae corporis ad vires vitae, in genere praestandas, simul concurrunt, utraque vero elaboratio et appositio optimorum humorum iuuat, eaeque similem ut plurimum causam habent.

S. 1157.

Ad nutritionem enim ultimam, non rite praestitam, multae faciunt causae: Defectus vel deprauata indoles alimentorum et potulentorum; imbecillitas actionum digestionis, chylificationis et sanguificationis; dissipatio optimorum humorum per fe er excretiones varias; acrimonia quaelibet, in morbis nata, vel corrumpendo mixtionem bonam in fluidis, vel irritando folida minima, indeque appositionem optimi succi impediendo, id, quod in cacochymia qualibet, et in febribus acutis quoque animaduertitur, in quibus praeter ea circulario humorum vehementior et motus inde destructorius est. Defectus randem virium, ea, quae iam quodam modo apposita sunt, ita assimilandi §. 254, ut requifitam partium indolem exprimant, et cuius causa in nerueo fluido, quoad motum et indolem GS peccante,

106 P.HI.C.IV. DE ACTION. NATVR, LAESIS.

peccante, quaerenda est, in laesa nutritione attendi meretur.

§. 1158.

Videmus itaque nutritionem laefam effe: in infantibus, quorum glandulae mefaraicae obstructae funt, vel quibus vermes optimum chylum fubducunt, qui morbus atrophia infantum dicitur; in feminis imbecillioribus, quae foetum in utero gerunt, vel paruulis lac ex mammis praebent; in viris, qui venere abutuntur et sperma nimium excernunt, unde tabes dorfalis; in hypochondriacis et cachecticis, in iis, qui viscera scirrho, ulcere, vel alia labe affeta gerunt, unde variae febres lentae, phthissica in primis et hectica, oriuntur; in fenibus, ubi defectus humorum nutrientium et nimia fibrarum rigiditas nutritionem impediunt, quem hominis statum fenilem marasmun appellamus.

§. 1159.

In iis vero, in quibus nutritio deficit, primo marcor et macilentus corporis status observatur, ubi humores cellulas illius contextus, qui inter omnes corporis partes atque membranas interferitur, replentes deficiunt, et corpus quasi exfuccum reddunt, in quo statu tamen vigor solidorum non nunquam diutius conferuatur: post modum vero et quando fibra, vel nimis laxa, vel nimis rigida reddita, appositionem et assimilationem particularum non praestat, nutritionis desectus euidentior euadit; in utroque enim statu actio languida folidorum particulas nutrientes, nec rite applicat, nec contractione conuenienti unit.

晚*英选莱*物

CAPVT

*** 是** ** **

107

1162.

CAPVT V. DE ACTIONIBVS SEXVS LAESIS.

S. 1160.

Partium fingularium utriusque fexus concurfus nouum hominem producit; in utroque igitur fexu harum partium actiones laefae interdum obferuantur, quibus in viris impotentia virilis, in feminis sterilitas inducitur. Licet vero obfcurum generationis negotium has actiones laefas saepe etiam abfconditas reddat, non incongruum tamen erit, aliquod et actionum laesarum et causarum scrutinium susceptionere, quo medicus in iisdem diiudicandis dirigatur.

§. 1161.

Impotentia virilis est defectus virium in sexu potiori, ad coitum celebrandum, et ut decet perficiendum, necessariarum; in hac igitur disquirenda et ad penem eiusque erectionem et ad spermatis secretionem et indolem respiciendum est. Penis vel in figura laeditur, vel in alia ac eius extrema parte perforatur; vel proportionem ad seminae vaginam non habet; vel corona glandis eiusque praeputium inflammatione, ulceribus aliisque incommodis male afficiuntur; vel mentula virilis tota viribus neruorum ad erectionem inchoandam et suffinendam deftituitur, vel cauum urethrae, vel corpora cauernofa ipfa ulceribus, callo, carunculis et cicatricibus obfessa, ad aequalem semissionem inepta redduntur.

108 PARS III. CAP. V. DE ACTIONIBVS

§. 1162.

Seminis elaboratio ex fanguine longam exigit viam; in tenerrimis itaque his canalibus obftructio aut laxitas, feminis fe et excretionem impediens, oritor; et uti in infantibus haec fecretio nondum perfecta est, sic in fenibus et defectus humorum optimorum ad fecretionem feminis praestandam et collapsus tenerrimorum horum vasculorum aut eorum rigiditas observantur: an sperma quidem verum, ad soecundationem tamen ineptum, secerni possit, dubia quaestio est. Vicera prostatarum et glandularum urethrae secretionem optimi feminis vix impediunt, excretionem tamen interdum laedunt.

§. 1163.

Sterilitas est ineptitudo feminae ad foetum concipiendum. Haee a laesione partium internarum et externarum inducitur; externae nimirum partes, vario modo coalitae, viae angustatae, erosae, penem virilem vix admittunt. Porro uteri cauitas callosa, angustata, coalita, ulceribus et pituita obses fa, menstruorum, vel deficientium, vel non rite succedentium causae, tubarum viae distortae et laesae, nec non ouaria morbosa, ulceribus, tumoribus cet. obsita, coitum, licet etiam celebrari adhuc possit, minus foecundum reddunt.

§. 1164.

Femina etiam, quae foetum concepit, eundem in utero perfectum reddere, quandoque non valet, fed abortum patitur. Est vero abortus praematura foetus exclusio, quae vel a laxitate partium et debilitate uniuersali, vel a copia nimia sanguinis, ad uterum rum appulfi, vel ab embryonis et secundinarum vitio, vel ab aliis causis externis, uterum male afficientibus, producitur.

Si partus ante initium feptimi menfis editur, abortum fecifie dicitur femina, post fextum vero mensem editus partus praematurus seu praecox dici solet, abortus itaque vocabulum in generali sensu hic assumtur.

§. 1165.

Femina infanti, ex utero excluío, faepe mammas prachere nequit, quo in caíu fe et excretio lactis in mammis laeditur. Vel enim nimia lactis appulfi copia matris vires eneruat; vel femina nimis obefa, et in proprio corpore bene nutrita, nullum ferme humorem ad mammas deriuat, vel obftructio, fcirrhus, carcinoma in corpore mammarum glandulofo deprehenditur, vel papillae nimis eleuatae et magnae, vel nimis deprefíae, et paruae lactationem impediunt, vel tubuli lactiferi proríus obftructi et coaliti deprehenduntur.

PARS

ERNARD ERNARD PARS IV. SEMIOTICA SIVE

110

TRACTATIO DE SIGNIS

MORBORVM.

S. 1166.

Causae et symptomata ita se inuicem in morbis excipiunt, ut illae rationem actionum laesarum, hoc est, symptomarum in se contineant et plures causae remotae, ratione effectuum, tandem in causa proxima et ipso morbo concurrant, in quo primaria haesio in plures alias, in corpore deprehendendas, diuiditur quasi et ita multiplicatur. Successiva haec causarum et effectuum mutatio morbos in integro suo ambitu se se sunt, laesionis praegressa, praefentis et futurae se sunt, laesionis praegressa, praefentis et futurae se sunt se s

CAPVT I.

DE SIGNIS MORBORVM IN GENERE.

S. 1167.

Mutationes, quae in corpore humano eueniunt, vel apertae funt, vel tectae. Vti itaque in priori calu morbus facile cognolcitur, sic in posteriori phaeno-

P.IV.C.I. DE SIGNIS MORBOR. IN GENER. 111

phaenomena occurrunt, ex quibus diiudicari poteft: v. c. fanguis floridus tuffi reiectus fignum eft interne laefi pulmonis. Phaenomena igitur haec, a medicis attente confiderata, figna exhibent, quibus ftatus corporis mutatus declaratur, quae ideo, vel ex caufis agentibus et corpori applicatis, vel ex actionibus, varie-impeditis, petuntur. Nos, qui figna fanitatis in Phyfiologiae Part. III. §. 590 feqq. difquifiuimus, nunc etiam figna morborum confideranda nobis fumimus.

§. 1168.

Cum vero in hominis aegroto statu, rite diiudicando, medicus uni vel altero signo tuto considere non possit: in eo potissimum elaborare debet, ut praesentem actionum laesarum statum cognoscar, quod tamen ab eo non exacte sieri potest, nisi ad praeteritam quoque hominis vitam regrediatur, quo facto tandem ex omnibus, probe inter se comparatis, futuram, vel fanitatis, vel morbi, vel mortis indolem atque conditionem, praeuidere poterit. Hinc omnino, ut in physiologia §. 591 diximus, signa in anamnestica, diagnostica et prognostica distinguenda erunt.

§. 1169.

Anamnestica signa ex earum mutationum examine petuntur, quae euenerunt, antequam praesenti morbo correptus fuerit homo. Haec signa ideo ex causis petuntur, ex quibus iam olim praeuidimus, talem effectum in corpore productum iri, et nunc ex iisdem vere hanc mutationem morbosam ortam esse intelligimus; quo in casu etiam morbi antecedentes alii, tanquam causae praesentium considerandi

112 PARS IV. CAP. I. DE SIGNIS

di sunt. De his fignis igitur in capite secundo acturi sumus.

§. 1170.

Diagnostica figna ex attenta confideratione mutationum, quae nunc in aegro praesentes sunt, petuntur. Patent itaque ex generali confideratione omnium affectionum morbosarum, quae et solidis et suidis corporis humani partibus accidere possunt. Haec figna post modum in specialioribus morbis examinandis vario modo coniuncta occurrunt, et sigillatim enumerata, coniunctim tamen confiderata, ideam status praesentis aegroti exhibent. De his in capite tertio dicendi erit occasio.

S. 1171.

Ex his fignis faepius unicum eft, quod ftatum morbi praefentem declarat, et ideo pathognomonicon dicitur, fcilicet unicum illud, quod immediate ex ipfa morbi indole prouenit, et quo confpecto medicus morbum praefentem diiudicat: v. c. color flauus cutis in ictero, fanguis floridus fpumefcens in haemoptoe. Hoc quidem fignum peculiarem attentionem meretur, cum nos breui quafi via ad veram morbi cognitionem ducat. Attamen, cum vix femper unicum dici poffit, fed ex pluribus, varie inter fe comparatis, fignis, ab intellectu medici cuiusdam exercitati, in unam quafi ideam coactis, exfurgat, tirones faepius confundit, et exercitatum in morbis iudicium requirit.

§. 1172.

Prognostica figna sunt conclusiones, ex variis diagnosticis interdum etiam anamnesticis, fignis, in auxilium ductis, petitae, quae statum morbi futurum fiue

MORBORVM IN GENERE. 113

fiue mutationem eius in fanitatem, morbum alium vel mortem ipfam, declarant. Quando iraque certa figna ex actionibus variis, vel morbo etiam praefente, in vigore perfistentibus, vel vario modo laefis, vel prorfus fublatis defumta adeffe cognofcimus, et vel unam vel alteram, ex nunc commemoratis mutationibus, euenire animaduertimus, tunc ad alios quoque cafus fimiles concludimus, et ita prognofin, in aliis morbis factam, non folum huc reducimus, fed et per figna ipfa rationem mutationis deprehendimus. De his aget caput quartum.

§. 1173.

Quoniam vero ob amplam nimis tractationem fingulorum morborum figna figillatim exponere vix poffumus, in unico et praecipuo exemplo, fcilicet in febribus acutis, capite quinto praxin femiotices exposituri fumus, dum de fignis mutationis morbosae in cruditate, coctione et crissi dicturi fumus. Hoc vero eo magis utile iudicamus, cum observationes veterum de morborum mutationibus fimul examinare, et hanc, ex febribus acutis petitam, theoriam ad alios acutos et chronicos quoque morbos applicare potuerimus.

CAPVT II. DE SIGNIS MORBORVM ANAMNESTICIS.

S. 1174.

n hoc quidem capite pertractando fini nostro conuenientius vix versari poterimus, quam, ut, quibusdam morbis assumtis et praesuppositis, ad causas Patholog. H remo-

114 PARS IV CAP. II. DE SIGNIS

remotas et praedifponentes, nec non ad morbos ipfos, ut caufas confideratos, refpiciamus, et quo modo ex his mutationibus morbus praefens oriri poffit, declaremus. Explicabimus igitur in laxitatis et phthifeos exemplis attentionis medici ad vitam praegreffam, in diiudicandis morbis praefentibus utilitatem et varias cautelas circa colligenda figna anamneftica fubiungemus.

§. 1175.

Laxitas folidorum, tum uniuerfalis, tum potif fimum in primis viis, ex caufa remota occafionali fcilicet potu aquofo, in primis calido copiofe ingurgitato, pendet. Simili modo fudores, nimium prolecti, cutis habitum relaxant, vel balnea calida illam mutationem producunt, hinc in laxitate, quam per figna diagnostica iam deprehensam supponimus calida et humida vel toti corpori vel quibusdam eius partibus, nimium applicata, hanc laxitatem produxis fe reminiscimur.

§. 1176.

Porro laxitas nimia iis corporibus propria eft, quae humorum copiam alunt, et inde folida, tanquam partes continentes, nimis diftenta obtinent hinc temperamentum phlegmaticum morbos, a laxi tate folidorum oriundos, fouet et auget. Quod f igitur hydropem, laxitatem folidorum inuoluere cognofcamus, hunc ipfum morbum adeffe per figna anamnestica, ex temperamentis petita, perspicimus, ex quorum theoria phlegmaticis et obefis talem morbum quasi proprium effe cognofcimus.

§. 1177.

In morbis grauioribus, diu et vehementer corpus afficientibus, e. g. in febribus intermittentibus

MORBORVM ANAMNESTICIS. 115

et continuis validioribus, reparatio apta solidorum per nutritionem sufficientem fieri non potuit, hinc post eosdem superatos oedemata et hydrops saepius accedunt. Si igitur hi morbi, post febrem validio rem praegressam, oriuntur, tunc febrim hanc laxitatis causam et laxitatem oedematis et hydropis caufam esse cognoscimus. Sic morbus praegressus fit fignum anamnessicum, ex quo praesentem accuratius diiudicare valemus.

§. 1178.

Phthifis pulmonalis corruptionem visceris pulmonum, ex ulcere in eo nato, declarat : fi hominem itaque confideramus, qui motu vehementiore, cantando vel clamando, olim pulmones multum exercuit, qui in aere, particulis mercurialibus, sulphureis, arsenicalibus scatente, diu vixit, tunc morbúm hunc praesentem facile induci posse, ex nimia vi, pulmonibus illata, iudicamus; signa itaque morbi huius anamnestica ex causis occasionalibus petimus.

§. 1179.

Homo in iuuenili aetate, vegeto et lano corpore praeditus, alimenta allumta optime digerens et chylum et languinem copiolum inde conficiens, cuius praeter ea corpus, motu exercitatum, in longitudinem infignem excrelcit, et qui fimul pectus depressum angustum obtinet, tantam fanguinis copiam non facile per pulmones mouere potest; hinc stafes fanguinis in iis, inflammationes et inde ortas suppurationes patitur, hinc ad ulcera et phthisin pulmonalem producendam disponitur, quae sunt signa phthiseos nunc ortae anamneftica.

H 2

AUGHERS .

S. 1180.

Quicunque ex aeris externi aestuantis vitio et fanguine vehementius per pulmones acto, indeque coagulato, inflammationem pulmonum, fiue peripneumoniam patitur, is quidem, inflammatione etiam utcunque discussa, laesionis cuiusdam, in pulmonibus relictae, metum excitat, scilicet, quod stafes liberum circulum sanguinis per pulmones impediunt, ulcera et phthisin pulmonalem inducunt. Sie inflammatio praegressa est signum anamnesticum phthiseos praesentis.

and mod e the al S. 1181.

His binis et laxitatis et phthiseos exemplis satis declaratum fuit, quo modo medicus morbos praesentes confiderans, in vitam ante actam hominis regredi, et in ea fundamenta morborum iacta inuenire debeat, ita, ut ulteriori explicatione supersedere queamus. Non incongruum tamen fore putamus; fi regulas quasdam generales, quae circa iudicium medici in morbis, ex vita antecedente declarandis, notari merentur, proponamus.

§. 1182.

Facilius est mederi aegro, cuius naturam iam antea habuimus cognitam, quam peregrino, cum in iudicio, de morbis ferendo, nexum omnium caufarum et effectuum nobis sistamus, si vires corporis, in statu sanitaris olim praesentes, errores diaetae er fuccelliuas aetatum mutationes perpendimus. Inde etiam pater, medicum circa fanos adhuc homines cum cura atque attentione versari, eumque in finem femiotica phyfiologica uti debere, quo eo exercitio, ad diiudicandos morbos aptior euadat. Cum eorum

MORBORVM ANAMNESTICIS. 117

rum semina antea, quam eucluantur, saepius per plures annos in corpore lateant.

S. 1183.

Quo facilius eft in aegroto, nobis fatis noto, morbum ex caufis praegreffis, fiue per figna anamnestica diiudicare, eo maior cura requiritur in peregrino, cuius vitae ante actae rationes nos latent. In tali itaque disquirendo cautus atque sollicitus sit medicus, quando eum curae suae commissium obtinet; nulla enim alia datur via, qua in veram morborum genessin inquirere, et ad accuratam praesentis status cognitionem pertingere possit, cum ratio praesentis status in praecedenti omnino posita sit.

S. 1184.

Licet vero haec ipfa difquifitio in plurimis aegrotis faepe fatis facilis fit, ea tamen et in iis, qui in fano corporis ftatu fe ipfos non attendunt, ideoque caufas morborum recenfere nefciunt, et in iis, qui ex ignominia, quae cum non nullis diaetae viuendique generis vitiis coniuncta eft, caufas morborum antecedentes reticere folent, difficillima redditur. Quod fi igitur v. c. de morbo venereo, de grauiditate etc. tanquam caufis praefentis morbi, fufpicio oriatur, medicus iudicium fuum de iis fufpendat, donec per figna diagnoffica de statu aegri certior reddatur.



1 :

118' CAPVT III. DE SIGNIS MORBORVM DIAGNOSTICIS.

§. 1185.

Morbi praesentis conditionem ex iis cognoscimus phaenomenis, quae nunc in aegro a fanitatis regula recedere inuenimus. Dum itaque fani hominis ideam, vel generalem, vel praesentis aegroti fingularem cum iis, quae nunc eueniunt, comparat medicus, ad causas atque effectus, cum ipso morbo nunc praesentes, respicit. Cum vero in generali nostra tractatione ad morbos speciales progredi nimis prolixum foret, in enumeratione fignorum diagnosticorum ad essentiales morborum differentias in partis primae capite secundo propositas tantum respicimus.

S. 1186.

Signa tamen morborum, qui in particulis folida et fluida componentibus, haerent, §. 925 feqq. nimis obscura sunt; his igitur relictis in prima sectione, figna morborum, in fluidis haerentium et speciatim plethorae, cacochymiae et acrimoniarum pertractabimus, in secunda sectione figna morborum, in folidis occurrentium, inuestigabimus et speciatim ad laxitatem, rigiditatem et unitatem solutam, respiciemus, in tertia tandem sectione figna morborum compositorum in exemplis quibusdam declaraturi fumus.

选掌 {策} 掌 选

SECTIO

P.IV. C. III. DE SIGNIS MORB. DIAGNOST. 119

SECTIO I.

DE SIGNIS MORBORVM IN FLVIDIS HAERENTIVM.

§. 1187.

Plethorae, tanquam abundantiae fanguinis et humorum generalius confideratae, praesentia cognoscitur, ex difficili sanguinis transitu per pulmones, et inde post leues corporis commotiones orta difficultate spirandi; ex ingrato caloris sensu post potum spirituosum, victum nutrientem et aromatieum; ex somno infomniis turbato; ex cita delassatione post motum corporis susceptum; ex sudore post similes causas largius promanante; ex voracitate corpori proportionata.

5. 1188.

Plethora vera §. 936 praeter ea dignoscitur, ex bono corporis habitu, facie florida, sub aucto corporis exercitio rubicunda et tumente; ex pulsu forti et tardo, per causas externas facile accelerando; ex respiratione libera et magna, motu corporis facile anhelosa reddenda; ex somno inquieto, aluo saepe ficca et urina saturata; ex facili iracundia; ex moliminibus crebrioribus ad haemorrhagias, aetati conuenientes; ex sanguine e vena misso, in placentam densam et atram coeunte, cum superficie rubicunda et pauco fero.

6. 1189.

Plethora obefa §. 937 praesens esse cognoscitur ex habitu corporis tumido, spongioso et insigni pinguedinis augmento; ex facie slorida, nisi iam H 4 cache

120 PARS IV. CAP. III. DE SIGNIS

cachecticus factus fuerit obefus; ex pulfu paruo, non raro debili; ex respiratione in corpore quiescente satis libera et plena, anhelosa tamen post quamlibet causam externam, motum sanguinis accelerantem; ex somno profundo et stertoroso, aluo saepe liquida et urina saturata, ex animi affectibus sacile emotis, sed diu non durantibus; ex impatientia frigoris et caloris; ex sudore viscido; ex sanguine, e vena misso, viscido et non satis cohaerente.

§. 1190.

Plethora, a debilitate orta §. 937, perspicitur ex habitu corporis macilento, facie pallida, post leuem animi corporisque agitationem florida et rubicunda; ex pulsu debili facile accelerando; ex respiratione libera, post corporis animique agitationem anhelosa; ex somno inquieto, aluo varia et mutabili, mox sicca, mox liquida, urina pallida; ex tremore membrorum et subsequente imbecillitate post quaelibet animi pathemata; ex impatientia frigoris et caloris; ex venis tumidis; in primis in extremitatibus; ex fanguine e vena misso, magna copia seri et pauco cruore rubicundo constante.

§. 1191.

Cacochymia serosa §. 940, quae cum insigni humorum tenuitate coniuncta est, dignoscitur ex macilento corporis statu, facieque pallida; ex tumoribus oedematosis in pedibus praecipue facile oriundis; ex se et excretionibus serosis, primo au-Etis, post modum suppressis; ex frigore partium, in primis extremitatum; ex debilitate corporis a nutrimenti descetu, vel inepta applicatione; nec non a studi

MORBORVM DIAGNOSTICIS. 121

a fluidi neruei incompleta actione in motibus vitalibus.

§. 1192.

Cacochymia pituitofa §. 942, quae cum infigni humorum lentore coniuncta est ex habitu corporis tumido, non refistente, sed spongiolo et molli, facieque pallida, adesse iudicatur. Cum his fimul sunt: frigus extremorum; excretiones pituitofae, ex fanguine spiffo et sero fimili, in fecretionibus inde secedente, prouenientes, in primis in sudore et muco narium fauciumque conspicuae; respiratio praeter ea molesta praeparationem humorum vix perficiens; repletio contextus cellularis aucta; robur elasticum et vitale in solidis imminutum per sua figna detegendum.

6. 1193.

Cacochymia atrabilaria §. 943, quae cum insigni et picea quasi humorum tenacitate coniuncta eft, ex habitu corporis exfucco et rigido, facie in primis, in rugas contracta, dignoscitur. In ea quoque calor depascens, per motum corporis et animi affectum facile excitandus, secretiones serosas parciores reddit, quae etiam, fi vi circuli humorum intenduntur, maxime difficiles euadunt. Aluus ficca est; bilis atra, spissa, copiosa, stimulo aliquo vehementi accedente valde noxia, spasmos, praecipue abdominales, creat, nutritio autem lenta, vel fere nulla observatur. Hinc etiam, fi acrimonia haee, quod interdum fieri soler, ex causis suis in bene nutrito corpore generatur, nutritionem laedit et imminuit viresque neruorum infigniter infringit. §. 1194.

§. 1194.

Acrimonia acida §. 946 alia in primis, alia vero in fecundis viis exhibet praefentiae fuae teftimonia. In illis enim ructus acidi cum fapore acido, vel ipfis dentibus infenfo, fitis nulla, vel exigua; appetitus ingens cum refolutione alimentorum celeri, torminibus ventris et borborygmis; faeces alui fuscae in viridem faepius vergentes colorem, ab acido quolibet noxa et molestia aucta, leuamen vero ab antacidis falinis et terreis deprehenduntur.

S. 1195.

In fecundis autem viis fequentia phaenomena acidam hanc acrimoniam declarant: Sudor largus, acidum fpirans, cutis laxa, urina stranguriosa, turbida, quasi lactescens; fedimentum saepe crassium deponens; sanguis sat storidus, obstructiones lentae, raro in inflammationem abeuntes, coagula lymphae, id, quod exemplo infantum, quibus intumescit abdomen, declaratur, porro erosiones cutaneae, lentae, pallidae, vix ulcerosae.

§. 1196.

Acrimonia muriatica §. 947, quae in corpore animali facpius ammoniacalis fit, ex fiti ingenti cum ficcitate oris faporeque falfo dignofeitur. Obferuantur praeter ea ficcitas cutis, erofiones cutaneae rubrae, post sudorem multum vehementer prurientes, urina spissa, acris, lente putrescens, superficie eius apparenter oleosa, ex spiculis falinis coastis et splendentibus constante. Juuamen ab aquosis.

§. 1197.

Acrimonia alcalina §. 948 ex fiti infigni, cum fapore putrido, urinolo, foctore oris ingrato, cadauerofo

MORBORVM DIAGNOSTICIS. 123

uerofo et proftratione appetitus, in primis cum naufea carnium coniuncta, intelligitur. Faeces aluinae minus cohaerentes funt, foetidiffimae, fpléndefcentes, ex fufco nigricantes; ficcitas continua in variis organis fecretoriis ferofis; erofiones cutàneae, cineritiae, vel nigrae, facile proferpentes, gangraenofae; inflammationes faciles, facile etiam ad gangraenam et fphacelum procliues; urina craffa fpumefcens, vix excreta putrefcens. Sanguis ex vena miffus vix concrefcens, in putredinem procliuis. Iuuant fola acida.

§. 1198.

Acrimonia biliofa §. 949, quae ad oleofam rancidam inclinat, ex fiti vehementi, clamofa, ficcitate oris, lingua arida fiffa, vel muco tenaci obducta, fapore amaro, rancido, ructibus nidorofis, faftidio ciborum, in primis pinguium et iurulentorum, dignofcitur. Faeces alui fimul effe folent fplendefcentes, feruidae, foetidiffimae, cutis arida erofionibus cineritiis et nigris foeda, urina parca feruida, foetens, colore obfcuro rubicundo, cruor e vena miffus nigricans, fpiffus, accedunt inflammationes celeres, peffimae indolis, ferpentes, deftructoriae. Omne pingue in primis exuftum laedit. Iuuant aquofa, faponacea, acida.

§. 1199.

In his fignis omnibus imperfecta saepe et dubia est observatio, cum mixtionis ratio, qua sola haec declarantur, non semper signis certis innotescat. Nocentia et iuuantia omnium optime differentiam, et indolem acrimoniarum indicant. Cum autem varia sit hominum diuersorum idiosyncrasia, quae

124 PARSIV. CAP. III. DE SIGNIS

quae in morbolo statu innumeras ferme mixtiones, machinam corporis laedentes, producit, certa ubique figna inuenire difficillima res est.

SECTIO II. DE SIGNIS MORBORVM, IN SOLIDIS HAERENTIVM.

§. 1200.

E x fluidis nutrimentum suum accipiunt solida; vitia itaque fluidorum suo modo quoque solidis communicantur. Cum vero solida non, nisi ob malam nutritionem et appositionem morbosa dici queant, laessonem quoque non, nisi in minutissi particulis nutrientibus quaerere debemus. Quoniam tamen hoc impossibile esse apparet, in praesenti tantum ratione nexus particularum et motus elassici, in genere considerati, rigiditatis atque laxitatis vitia §. 951, respectu autem fluidi neruei influentis et motus vitalis, spassus et debilitas §. 956, tanquam vitia soluta additur, de quorum signis nunc breuiter acturi fumus.

§. 1201.

Rigiditas, in genere confiderata §. 953, cognofeitur ex habitu corporis exfueco, carne dura, pinguedine parca interspersa; ex pullu forti, non nihil duro et tardo, sanguine spisso, nigro et secretionibus ferosis parcioribus: partialis vero rigiditas in extremitatibus corporis, ex tremore, in motibus violentioribus et articulis tum sonoris et quasi crepantibus,

MORBORVM DIAGNOSTICIS. 125

tibus, dignoscitur. Aluus sicca et tarda indicat rigiditatem primarum viarum.

§. 1202.

Laxitas, in genere confiderata §. 954 ex habitu eorporis obefo et fucculento mollique carne cognofcitur. Pulfus est mollis et debilis, sanguis sero et pituita abundat, secretiones serosae sunt et pituitosae. Partialem extremitatum laxitatem ineptitudo ad motum et lassitatem primarum viarum denotat.

§. 1203.

Spalmus, in genere confideratus §, 957, in partibus externis ex inuita et violenta contractione mulculorum dignolcitur; haec vero cum duritie et plus minusque infigni partis affectae dolore et tenfione coniuncta eft. Tremor et formicationis fenfus vel spalmum praecedit, vel eum comitatur, vel etiam sequitur. In internis partibus dolor vehemens, sine signis inflammationis ortus spalmum indicat, in primis, si partes membranaceo mulculosae, v. c. intestina afficiuntur. Inflammatio tamen faepius spalmum grauiorem sequitur.

§. 1204.

Debilitas, in genere confiderata §. 958, in partibus externis ex earum languore et dispositione ad motum difficili, conntinuatione eiusdem impossibili atque ex flaccidis tandem musculis; in illis autem internis ex defectu, vel imminutione actionum, a visceribus perficiendarum, adesse perspicitur, praefertim, si obstructionis lentae vel inflammatoriae figna non fimul observantur. Sic oculorum imbecillitas

126 PARSIV. CAP. III. DE SIGNIS

cillitas et obnubilatio visus in hypochondriacis, quae faepius ad tempus durat, nec non memoriae defe-Etus et debilitas cognoscuntur et diiudicantur. Licet enim haec cuncta spasmos sequantur, in debilitate tamen fibrarum neruearum post vehementiores spasmos relicta eorum ratio posita est.

§. 1205.

Vnitas foluta §. 959 in fibris et vasculis minimis, ex pustulis vel humore quolibet, extra vasa sua haerente, cognoscitur; in compositis vero partibus maxima eiusdem differentia deprehenditur, quam in sectione sequenti in vulneris et ulceris inuestigatione ex variis signis declaraturi sumus.

SECTIO III. DE SIGNIS MORBORVM COMPOSITORVM.

S. 1206.

Cum in praesenti tractatione ad omnes morbos compositos excurrere nequeamus, febris tantum, obstructionis lentae pituitosae et inflammationis, nec non vulneris et ulceris figna generalia speciminis loco exposituri sumus, quo inde ratio pateat, qua in variis et specialioribus morbis ad praefentis status considerationem ducimur; id, quod in his quidem morbis apte statis fieri poterit, cum plurimi alii ad hos, tanquam generales reducantur.

S. 1207.

MORBORVM DIAGNOSTICIS. 127

stand died S. 1207. The standard feat

Febris quidem §. 973. 1088 ex motu fanguinis celeriore, cum languore corporis definitur et cognoscitur, quibus vero sequentia potissimum symptomata accedunt: dolor capitis et anxietas praecordiorum a motu sanguinis, in his partibus quodam modo retardato, et impedito: porro ficcitas cutis et oris, et inde sitis observantur, quoniam secretio in minimis vasis impeditur. Haec vero figna vario gradu adesse solent, ita, ut aucta febris alia quoque symptomata, e.g. delirium excitet.

S. 1208.

Obstructio lenta §. 974. 1089 ex tumore partium, vel molli, vel duro, sine euidenti febrili motu cognoscitur, in priore casu oedema, in posteriore scirrhus adesse dicuntur. Respiciendum vero est ad differentiam partium in statu naturali, ad ambie tum tumoris, ad materiam, in obstructo loco contentam, sanam adhuc, vel morbose mutatam, ibi natam, vel aliunde delatam; ex quibus omnibus, accurate perpensis, specialis obstructionum status apparet.

§. 1209.

Inflammatoria obstructio seu inflammatio §.975 tumorem quoque ostendit, sed durum et renitentem, cum dolore insigni et pulsatione, tum in parte inflammata, tum in toto corpore, a febre ad inflammationem accedente. In externis partibus ruborem simul conspicimus, sanguinis stagnantis indicium. In internis partibus dolor fixus et auctus, cum febre acuta certa inflammationis signa praebent, cum ille spasmum, haec vero celerem sanguinis

128 P.IV.C. III. DE SIGN, MORB. DIAGNOST.

nis motum indicent, quibus binis praesentibus inflammatio generatur. Pulsus ipse ut plurimum fortis, saepissime durus est.

Vulnus §. 971 pro differentia partium diuerfum est; in externis vero partibus facile dignoscitur inspectione et disquisitione per specilla chirurgica. Iuuat inuestigationem anatomica situs partium et instrumenti laedentis cognitio. Fracturas offium in specie cognoscimus et oculis, et tactu ex tumore eminentis ossis, vel partis vicinae depressione, motu voluntario laesi membri impedito, vel dolore, si mouetur, aucto, inaequalitate ossis, aspritudine, si fracta super se mouentur, audita, ex tensione et dolore partium vicinarum sub vario ossium nexorum situ. Interna vulnera ex actionibus laess partium, vel ex sudis contentis prodeuntibus cognoscimus.

S. 1211.

Vlcera quidem §. 978 etiam vulnera funt, fed humoribus contentis corruptis confpicua. Amplitudo vel via abfcondita ulceris, infpectione, fpecillis chirurgicis, per accuratam partium cognitionem anatomicam adiutis, difquiritur. Indolem ulceris humor excretus purulentus, ichorofus, foetens declarat; fic in ulcere offium cariofo foetor peculiaris et color in fpecillis argenteis in primis mutatus obferuatur, ulcera partium internarum, e. g. pulmonum ex materia, vel tuffi reiecta, vel reforpta et ex febre lenta atque tabe cum fuis fignis inde accedente.

CAPVT

** 影*男 ** 原

129

CAPVT IV. DE SIGNIS MORBORVM PRO-GNOSTICIS.

S. 1212.

Cigna diagnoftica, cum anamnesticis comparata, futurum morbi statum et mutationem eius indicant. Vti enim ex caufis variis dispositio praeternaturalis actiones laedens inducitur, fic, ex actionibus, vel laesis, vel abolitis, vel persistentibus, mala vel bona futuri status indicia siue signa prognostica colliguntur. Quae quidem doctrina in hoc capite ex actionibus vitalibus, animalibus et naturalibus potiffimum proponitur et exemplis illustratur.

સ્વામાજ સ્વામાજ સ્વામાજ સ્વામાજ સ્વામાજ સ્વામાજ સ્વામાજ સ્વામાજ સ્વામાજ

SECTIO I.

DE SIGNIS EX ACTIONIBVS VITALIBVS.

S. 1213.

Virculatio fanguinis eiusque indolem declarans cordis et arteriarum pulsus, nec non respiratio hic potifimum in cenfum veniunt. Sunt hae primariae actiones, quibus reliquae in corpore perficiendae, excitantur et diriguntur. Quae virium vitae rationem, augmentum et decrementum, et simul materiae morbi refistentiam indicant, ideoque praecipue sub examen reuocari debent, cum sine earundem confideratione nullus morbus accurate diiudicari pollit. SVB-

Patholog.

30 PARSIV. CAP. IV. DE SIGNIS SVBSECTIO I. DE PVLSV VT SIGNO.

§. 1214: - 2

Licet pulfus indolem tantum in arteriis difquiramus, inde tamen ad uniuerfam circulationem fanguinis et ex parte ad aliorum quoque humorum, ex cruore prodeuntium, rationem concludimus. Qualis itaque fit partium, cor componentium, conditio et vis cordis, fanguinem propellens, porro natura et indoles fanguinis ipfius, tandemque conflitutio arteriarum, fanguinem ad extremos apices propellentium, accurata pulfus obferuatio denotat.

§. 1215.

Pulsum in morbis inuestigaturus, eundem in fanis hominibus accurate diiudicare discat, §. 207, quo differentias et aetatibus variis et temperamentis, aliisque vitae circumstantiis proprias, bene distinguat ante, quam morbosam corporis conditionem inde diiudicet. Sub ipso autem examine arteriam in carpo, vel aliam, disquisitioni aptam, non nimium premat, sed eidem blande et successive digitos applicet, et attente et iterato affectiones pulsus eiusque mutationes examinet. Dantur etiam morbi, v. c. polypus cordis, in quibus pulsum pluribus in locis fimul attendere expedit.

- S. 1216.

In pulfuum affectionibus et differentiis difquirendis, primo ad impetum eius respiciat medicus, fortisne sit, an debilis, magnus, an paruus, durus, an mollis? qua quidem re perspecta, ratione velocitatis celerem

MORBORVM PROGNOSTICIS. 131

et tardum disquirat pulsum, tandem interualla ipfa inter singulos arteriarum ictus, quo modo hi inter se inuicem collati se se habeant, probe examinet, et ae, qualem, vel inaequalem, tandemque intermittentem diiudicet. Hae enim differentiae primariae sunt, quae circulationem sanguinis in morbis diuersam definiunt.

§. 1217.

Pulsus fortis est, qui in digitum appositum viribus corporis conuenienter impingit; e contrario debilis dicitur, qui impetu, viribus corporis minus conueniente, digitum ferit, sed aegre et post validam demum arteriae compressionem sentitur. Vehemens et exilis, qui ab aliis allegantur, pulsus a forti et debili vix differre videntur.

S. 1218.

Fortis pulsus vitae vigorem indicat, scilicet fluidum nerueum constanter et copiose satis in fibras cordis et arteriarum irruere, cor itaque valide contrahi et arterias a sanguine impulso distentas, valide iterum se contrahere, sanguinemque ulterius promouere, cruorem itaque et copiosum satis esse et ut plurimum bonae mixtionis. Hinc in eo humorum circulantium statu omnes secretiones et elaborationes humorum rite serie posse intelligimus.

S. 1219.

Debilis pulsus contrarium indicat. Dependet enim a debili et infufficienti fluidi neruei influxu, hinc actionem cordis et arteriarum in fanguinem et humores imbecillem, nec non defectum fanguinis post magnas haemorrhagias declarat, quibus omnibus I 2 vires

132 PARS IV. CAP. IV. DE SIGNIS

vires vitae infigniter infringuntur. Obefi ut plurimum ob copiofam pinguedinem, circa arteriam pofitam, licet de reliquo fani fint, debilem oftendunt pulfum.

S. 1220.

Fortis itaque pulsus semper bonus est, et in primis etiam talis, vel in ipsis morbis iudicatur, si crifeos tempore accedente ex debili insurgit; e contrario autem debilis ex forti factus vires naturae deficientes, nec morbi impetum superantes oftendit. Fortis quoque pulsus in soporosis morbis saepius bonus est, si augmentum febris simul observatur, interdum tamen fallit, si obstructio in neruis tanta est, ut superari nequeat. Debilis pulsus in morbis acutis interdum lentam morbi resolutionem indicat, dum modo materia morbi non adeo maligna esse deprehendatur.

S. 1221.

Pulfus magnus et paruus a praecedentibus parum differunt, et cum pleno, qui et undosus dici posset, et vacuo non nullorum auctorum omnino conueniunt. Vbi enim copia sanguinis et libera ubique eius via est, viresque mouentes non deficiunt, ibi magno volumine extenditur arteria, his omnibus vero deficientibus, eadem parum eleuatur. Licet enim non nulli ad diametrum arteriae, non vero ad eiusdem vim in nostro pulsu definiendo respiciant, copia tamen sanguinis sola sine viribus cordis arteriam non distendit. Hinc quando ex pulsu forti felicem morborum euentum auguramur, illum et magnum dicere possumus, et plenum, auctis quasi undis fanguinem appulfum in arteria facile dilatanda percipientes; contrarium autem iudicium formamus in pulfu vix digitis percipiendo.

Pulfus

MORBORVM PROGNOSTICIS. 133

Pulsus, qui cum aliquo arteriae spasmo est, fortis adhuc dici posset, magnus vero et plenus tunc temporis appellaretur, ubi arteria a spasmo libera crifin feliciter perficit; in illo tamen casu fortis pulfus ut plurimum quodam modo durus est.

Q. 1222.

Pulfus durus, licet etiam validus fit, a praecedentibus tamen differre videtur, quoniam arteria cum maiore renifu mouetur, et aegre quidem extenditur et iterum contrahitur. Hinc oftendit arteriam immobilem, faepius offeam in fenibus, vel interdum in tunicis fuis inflammatam, obftructionem etiam inflammatoriam in arteriis minimis, valide ideo refiftentibus; cruorem fpiffum, coagulatum, non tam pituitofum, fed magis inflammatorium. Mollis cum debili multum conuenit et affumitur plerumque in pulmonum obftructione inflammatoria, ubi fanguis ad ventriculum cordis finiftrum aegre et parciore copia reuchitur, et ita arterias inde continuatas parum extendit.

S. 1223 ..

In hominibus fanis intra datum tempus certo modo definitus, licet in variis varius pulfuum numerus obferuatur; magis tamen in morbis attenditur, fi pro indole fubiecti maior copia pulfuum, quam in ftatu fano intra datum tempus animaduertitur, tunc enim celer appellatur; fi vero intra datum tempus pauciores pulfus numerantur, tunc tardus dicitur. Similis ratio et frequentis, et rari effe videtur. Licet enim aliis celer dicatur, ubi ipfi ictus celeres et interualla maiora funt, et frequens, ubi ictus longiores, fed interualla minora funt, differentia tamen magis in compositione celeris et fortis, et celeris et debilis pofita effe videtur.

I 3

5.1224.

§. 1224.

Celer itaque vel frequens, vel velox pulfus febrim indicat, in qua fluidum nerueum agitatum et copiofius in cor influens illud flimulat, ut crebriore contractione, contra tenfiones fpafticas et non nunquam inflammatorias obstructiones in extremis arteriarum nitatur, vel ubi fimul acrimonia fanguinis, male mixti, irritationem cordis efficit. Tardus vero, rarus et lentus pulfus, nisi ex naturali indole corporum pendeat, defectum virium, cor et arterias mouentium defignat. Fortis et tardus arteriam ab irritatione et spasmo liberam declarat,

§. 1225.

Pulfus aequalis, tum ratione interuallorum, tum ratione roboris fingulorum ictuum, talis dicitur : fcilicet ubi, dum ictus arteriae numeramus, impulfus et interualla fibi fimilia deprehendimus, ita, ut vigor unius ictus arteriae cum vigore praecedentium et fequentium accurate conueniat, et interualla inter fingulos pulfus femper idem fpatium temporis teneant. Inaequalis igitur pulfus ex utraque conditione contraria aeftimandus erit. Intermittens vero ille dicitur, ubi numerando ictus, unum vel alterum deficere animaduertimus, ita, ut arteria in co momento, quo agere deberet, quiefcat, vel languidius moucatur. Sic in diiudicando pulfu intermittente, vel quartum, vel feptimum, vel alium ictum non nunquam intermittere experimur.

§. 1226.

Æqualis itaque pulfus et acqualem et regularem fluidi neruei in fibras cordis et arteriarum, et fanguinis in vafa continuata, influxum indicat, ideoque femper

MORBORVM PROGNOSTICIS. 135

per boni praesagii est. Inaequalis vero et intermittens vires has mouentes irregulari impetu agere declarat, hinc mali praefagii eft; uterque non raro polypum maiorem, in corde vel vafis praesentem, vel etiam aneurysma oftendit. Sed et in his faepius difpositio aliqua singularis, organis circulationis lente inducta, alia praedicere iubet: v. c. gibbofi, quibus spina dorsi distorta est, vel senes, quibus valuulae cordis, vel arteriae offescere incipiunt, cum pulsu tali intermittente diu fatis viuere et de reliquo valere poffunt,

S. 1227.

Ex hac quidem pulsuum proposita differentia medicus et vitam praesentem, et statum morbi et eius mutationes et exitum diiudicare valet; nec eorum subtiliori definitione et distinctione, quae discentes et accuratos saepius observatores confundit, opus esse videtur. Cum vero non ex una, sed ex omnibus fimul fumtis, pulfus conditionibus iudicium ferendum sit, exercitatus tandem medicus ita concludit: quo plures funt bonae pulsus affectiones, eo magis vita viget, et morbus superari potest; quo plures vero funt malae affectiones, eo debiliores funt vitae vires, eoque magis exitus morbi ambiguus est ac aeger de vita periclitatur.

§. 1228.

Curiofiores pulsuum mutationes, quae in validis morborum mutationibus, v. c. perturbationibus criticis, vel crifi accedente, vel morte imminente, occurrunt, non satis definiri possunt. Sie dicroti, serrati, myuri et caprizantes pulsus non nisi inconstantes et irregulares influxus fluidi neruei, in cordis et I 4

arte-

arteriarum fibras, et fimul motum fanguinis progreffiuum perturbatum indicant, ideoque iudicium, ex pulfu fumendum, medicus eo ufque fufpendat, donec vel irregulares impulfus iterum percipiat, vel vita ipfa fub his motibus irregularibus cum morte commutetur.

S. 1229.

Effectus validae circulationis calor eft; quocunque enim modo eius genesis declaratur §. 190 sub progressiuo tamen et intestino sanguinis motu eum increscere experientia docet. Frigus igitur tunc temporis observatur, ubi vel vires mouentes nondum emergere posiunt, ut in febribus intermittentibus, vel corruptio sphacelosa, in internis oriunda, ultimam quasi resistentiam mouenti cordi extorquet. Quod fi igitur post grauem morbum praegressum calor in interioribus, et frigus in exterioribus corporis partibus obseruetur, destructionem compagis minimorum solidorum, et mixtionis fluidorum plenariam factam elle auguramur. Spaimo per mortem soluto saepius in extremitatibus calor redit, et sanguis, motu intestino agitatus et quasi feruidus, ad extrema se diffundit.

SVBSECTIO II. DE RESPIRATIONE VT SIGNO.

§. 1230.

Non folum vero pulfus, fed et refpiratio circulationis fanguinis et humorum rationem indicat; pulmo enim intra breue temporis fpatium magnam fan-

fanguinis copiam transmittit, et immediato nexu cum cordis, tanquam motoris principis, cauis coniungitur, ideoque in morbis variis acutis et chronicis diiudicandis medicum attentum inftruit; fpeciatim etiam in thoracis et abdominis morbis figna egregia exhibet, cum actio diaphragmatis, utramque cauitatem diftinguentis, a refpiratione perficienda adeo necessaria fit, et mutationum variarum indicia praebeat.

§. 1231.

Refpirationis indolem et diuerías inde in morbis mutationes diiudicaturus, non tantum thoracis cauitatem, ex vertebris, coftis et sterno mire compositam, et variis musculosis stratis circumductam, sed et pulmonum fabricam et situm, cum trachea et larynge, nexumque thoracis cum abdomine in fano statu cognoscat; praeter ea quoque conformationem quibusdam hominibus singularem, aeris iudolem, abdominalia viscera, diuerso modo disposita, et insuper etiam animi affectus praesentes et alia consideret, quibus respirationem in fanis etiam hominibus turbari experimur.

§. 1232.

Refpiratio autem potifiimum ratione impetus et virium confideranda eft, ubi vel partes, refpirationi vitali inferuientes §. 440 in motu fuo aucto, vel imminuto fortem, vel debilem refpirationem fiftunt, quarum illam plenam, magnam et profundam quoque, hanc vacuam quafi paruamque dicimus. Si vero partes violentae, refpirationi dicatas §. 441 in vehementem fimul motum deduci perfpicimus, altam, fublimem et fuffocatiuam illam appellamus. Porro ratione velocitatis, vel celerem et frequentem,

vel lentam et raram distinguimus; tandem ratione mensurae internallorum acqualem, inacqualem et intermittentem attendimus, et ex his omnibus maximam inter pulsus et respirationem conuenientiam declaramus.

S. 1233.

Respiratio in corpore etiam aegroto, ex ratione virium corporis sani aequaliter succedens, boni ominis est, interdum vero intenditur, et in et exspirationis progressu maiorem pectoris eleuationem et depressionem ostendit, tumque sortis, magna, plena et profunda appellatur. Si vero inspirationem vix inceptam iam excipit exspiratio, tunc debilis, parua et vacua dicitur. Licet enim et in his aliqua differentia inueniri queat, vix tamen ea in morbis sufficienter distingui poterit.

S. 1234.

Sic etiam respiratio alta et sublimis uno quasi modo fieri perspicitur. Si nimirum pectus plurium musculorum nisu eleuatur, quo tanta copia aeris, quae pulmonibus distendendis par sit, intret, cosque expandat, ideoque contra insignes resistentias, in pestore obuias, nitatur: tunc ea respiratio, difficilius peracta, alta et sublimis dicitur, quae quasi in supremo tantum pectore absoluitur, atque continuum suffocationis metum, aerisque impossibilem ferme ingressum indicat, et ideo quoque a non nullis auctoribus stertorosa et suffocativa appellatur.

§. 1235.

Refpiratio itaque fortis, magna, plena et profunda, vires vitae bonas, fanguinem vel expedite fatis, vel certe auctis aliquo modo viribus, per pulmones mea-

meabilem, pulmones ad fanguinem et aerem fufcipiendum aptos atque dilatabiles, cauitates thoracis et abdominis, per fuas caufas facile ampliandas, diaphragma liberum, ideoque morbum, viribus his fuperandum, indicat. Debilis, parua et vacua vero vires vitae debiles, fanguinem minus mobilem, fpiffum, inflammatorium, refiftentem, pulmones non dilatabiles, morbofa materia, vel infarctu in cauo tracheae et bronchiorum obfeffos, organa reliqua refpirationis laefa et morbum difficile fuperandum oftendit.

S. 1236.

Alta itaque et fublimis refpiratio, quae cum intenfo plurium organorum motu, et cum fibilo flertorofo et roncho perficitur, peffimam pulmonum indolem, e. g. deftructionem purulentam, fcirrhofam obftructionem, difficilem cruoris transitum, fanguinem refolutum in pulmones delatum, ideoque ut plurimum lethalem morbi exitum indicat. Si talis ex spasmo oritur, ut in hystericis, spasmo per conuenientia remedia foluto, bona redit, nec adeo mali ominis est. Quae longa confuetudine tolerata ex peruersa thoracis dispositione talis est, licet de reliquo molesta sit, diu tamen cum aliquali corporis vigore persistere potest.

S. 1237.

Intra datum tempus in homine fano et quieto refpirationum, hoc est, in et exspirationis actuum, certus numerus absoluitur, qui tamen et ex voluntate hominis, et pro differentia causarum concurrentium, vel augeri, vel imminui potest; si tamen in quieto aegroto per causas internas numerus respirationum augetur,

augetur, vel imminuitur, in priori casu respiratio celeris et frequens, in altero lenta et rara dicitur. Differentia inter celerem et frequentem respirationem talis assumi posset, qualem de pulsu §. 1223 indicauimus, sed subtilioris huius distinctionis vix usus esse videtur in praxi.

9. 1238.

Celeris et frequens respiratio magnam copiam fanguinis intra tempus solito breuius, per pulmones moueri denotat; si itaque fine magna molestia perficitur, boni ominis est, si vero simul anhelosa et stertorosa apparet, tunc pessimam humorum, per pulmones mouendorum, aut ipsius huius visceris, indolem declarat. Sic lenta quoque, nec molesta, pulmones facile dilatabiles, organa reliqua respirationis libera, et cruorem satis mobilem indicat; si vero cum frigore extremorum aliisque debilitatis uniuersalis fignis occurrit, tunc pessimam morbi indolem ostendit.

§. 1239.

Si in toto refpirationis actu perficiendo, et in et exfpiratio intra definitum tempus abfoluitur, et interualla utriusque in variis refpirationis actibus fimilia deprehenduntur, tunc aequalis dicitur refpiratio; inaequalis vero eft, ubi vel infpirationi non refpondet exfpiratio, vel interualla inter varias refpirationes diffimilia funt. Intermittens eft, ubi vel refpiratio diu non percipitur, ut in lipothymicis, vel ubi in agone mortis diu faepius quiefcit, et interdum uno vel altero impetu reuertitur refpiratio.

S. 1240.

Aequalis refpiratio, aequales motus sanguinis et aeris, in pulmones delati, ideoque vires vitae bonas

ct

et organorum structuram aptam indicat, et semper bona iudicatur. Inaequalis, quae contraria denotat, ideo pessima dicenda est: attamen in validis sebrium paroxysmis et bona coctione, et in primis circa crisin morborum aliqua exceptio concedenda est, quoniam immutata sanguinis mixtio ipsius quoque motum, et ideo etiam respirationem turbat. In gibbosa quoque vel in alia organorum deprauata conformatione, aut laessone, quae in confuetudinem abiit, inaequalis interdum sine magno incommodo fertur. Intermittens respiratio vires vitae descientes denotat et semper pessima declaratur.

SECTIO II. DE ACTIONIBVS ANIMALIBVS VT SIGNIS CONSIDERATIS.

§. 1241.

A cliones animales in fenfu, motu, et fomno, ex his potiffimum declarando, pofitae funt; uti itaque vigor fenfus et motus vigorem corporis totius declarat, fic horum imbecillitas, in genere confiderata, parum boni praenunciat. Sed hic quoque ratione actionum partialium quaedam exceptio faepe locum habet, cum v. c. ii, qui vifus debilitate laborant, de reliquo valida fanitate frui poffint. Nos quidem hac in re pertractanda non nulla phaenomena colligimus, et ad indolem et mutationem morborum declarandam applicamus.

§. 1242.

Lassitudines, spontaneae morbos praenuntiant, cum imbecillitas motus, vel ex suidi neruei defectu, aut

aut eius minus promta actione, vel ex difficili fanguinis transitu per vafa musculorum dependeat. Sic morborum uniuerfalium, praecipue febrium, acceffum grauatiuus fensus corporis indicat. Prostratio etiam virium cum iis saepe coniuncta est; quae, licet morborum causas et symptomata, diu in corpore saeuientia, sequatur, tamen, si mox in principio morborum ingredientium observatur, malignitatem morbi declarat, quod praecipue in epidemicis morbis obferuamus.

§. 1243.

Facilis itaque membrorum motus in morbis quibuslibet boni ominis eft, et in primis felicem morbi progreffum auguramur, fi ægri erecto capite federe poffunt; peior autem flatus eft, fi ægroti corpus et in primis caput fustinere nequeunt, fi membra fub leuissimo motu vacillant et tremunt, et decumbentes melius fe habent, quam erecti. Haec cuncta tamen in morborum catarrhalium decursu mitius iudicium ferre iubent, praesertim, fi ægri iam antea viribus infirmi fuerint: metum tamen excitant, ne tales quoque morbi diutius durent.

S. 1244.

Spafmi et conulfiones, morbis grauioribus fuperuenientes, vehementiam eorundem, feilicet acrimoniam et fubtilitatem miafmatis morbofi, et validam fatis folidorum refiftentiam indicant. Si tempore cruditatis et coctionis occurrunt, ut plurimum peiora cuncta pronunciant; in crifi vero appropinquante feparationem et excretionem materiae morbofae iuuant. In infantibus, utpote quibus genus neruorum mobile adhuc eft, motus conuulfiui non tam mali ominis

ominis funt, quam in adultis et robustioribus corporibus, praesertim si causam, morbum excitantem vel exasperantem in primis viis deprehendimus.

§. 1245.

Sensum internorum et externorum constantia in morbis bonum signum sistit: deliria vero et obnubilationes sensuum vehementes morbi impetus declarant. Deliria continua, cum fignis inflammationis coniuncta, eaque ferocia pessimum morbi statum praenunciant, moderata vero in paroxyfinis vehementioribus febrilibus difficilem quidem morbum, non tamen semper lethalem, indicant. Delirium fine febre, in morbis oriundum, quod naniam appellant practici, infignem morbi pertinaciam denotat. Si delirium febrile, febre euanescente persistit, peffimum praebet fignum, fique tunc flocculos in le-Eto legunt, muscasque captant aegroti, mortis faepe imminet periculum. Deliria, ex infomniis nata, fi de reliquo mens aegri fibi constat, vix extimescenda funt.

S. 1246.

Oculorum hebetudo, tanquam fymptoma, in morbis fine euidenti laefione organi vifus confiderata, in validis febribus debilitatem faepius uniuerfalem, in hypochondriacis et hyftericis affectibus vehementem paroxyfmorum infultum declarat. Palpebrae demiffae, non nifi magna vi eleuandae, idem oftendunt. Vti vero oculorum vigor bona quaeuis in morbis promittit, fic oculus toruus fiue bulbus oculi, in fixo fitu detentus, et fpafmos internos et deliría inftantia, ideoque peffimum morbi ftatum praenunciat. Cacochymiae figna faepius in palpebris magis,

gis, quam in aliis partibus faciei, si nimirum eae colore liuido et obscuro sunt conspicuae, cognoscuntur.

S. 1247.

Aurium fufurrus, fine laefione euidenti organi auditus, in febribus acutis potifiimum grauem morbum praenunciat. In his tamen furditas faepius, vel grauis tantum auditus bonum fignum eft, fi coctionis tempore accedit, nihil enim nifi ferofae materiae decubitum ad aures denotat, quem et in faucibus faepius fimul obferuamus. Sapor rerum alienus et lingua, vifcido muco obfeffa, primarum viarum faburram variasque acrimonias declarant. Optimum eft in morbis, fi aeger fapores et odores rerum acceptarum et admotarum diftinguit, peffimum, fi ad mota vix percipit.

§. 1248.

Somni placidi effectus est optima elaboratio humorum per miscelam aptam, in aequali sanguinis circulo praestitam, §. 541 hinc solus saepe somnus morbosam dispositionem humorum corrigit et fanitatem restituit. Absentia vero somni ut vires sani corporis debilitat, sic morbi vehementiam in aegrotis indicat, si haec a spassinis et dolore inducitur, his dissipatis et sopitis, redit somnus, nec mali ominis est; si vero a nimio humorum motu et acrimonia, in minimis vasis irritante, vigiliae continuae oriuntur, cum vires magis magisque consumant, statum aegri omnino peiorem reddunt.

§. 1249.

Somnus infomniis turbatus, ideoque minus tranquillus, magis debilitat, quam reficit; actiones enim ani-

animales non quiefcunt, fed anxie perficiuntur. Varia quoque infomniorum genera diuerfos morbos pracnunciant; uti enim grata infomnia, matutino tempore excitata, vix laedunt, fic ingrata, quae fanguinem profufum, incendia, inundationes et triffes, cum vehementioribus animi affectibus coniunctas, fenfationes inducunt, nec tantum morbos praenunciant, fed et alios iam praefentes augent, pelfimumque aegroti ftatum indicant, praefertim fi oculis vix claufis, et fub initium fomni excitantur.

10100 0000 000 000 S. 1250.

Somnus nimis profundus ipfe morbofus eft, et morbis aliis accedens, praefertim fi continuae excitationes eum comitentur, peffimum aegroti ftatum praenunciat. In crifi appropinquante talis faepius fine infigni periculo obferuatur, qui demum in ipfa crifi, in primis per fudores facta, profundus et tranquillus redditus, omnino boni ominis eft. Somnus profundus in morbo diutius durante fine febre et fpe crifeos, lethalem morbi exitum denotat, cum vel a fola debilitate, vel ab obftructione et compressione, vel fic dicto collapfu vaforum cerebri oriatur.

SECTIO III.

DE ACTIONIBVS NATVRALI-BVS VT SIGNIS.

§. 1251.

In hac tractatione primo quidem appetitus, digeftio, chylificatio et excretio aluina, ut figna, ex actione primarum viarum deducenda, post ea autem Patholog: K fecre-

fecretiones variae, ex fanguine factae, ipfaeque cum iis coniunctae excretiones, ex quibus quidem ipfa humorum vel mutandorum vel mutatorum indoles apparet, confiderari merentur. Sanguificatio enim iam ex actionibus vitalibus patet, nutritio vero ultima ex apta humorum elaboratione et ex alibi declaratis fignis patet.

Nos quidem iam paffim, potiffimum vero in hac fetione varia figna diagnoftica prognofticis immifcuimus, quoniam ex huius doctrinae nexu patent, nec in capite praecedenti apte fatis adduci potuerunt.

बाह बाह बाह बाह का ह बाह का ह बाह बाह बाह बाह बह ह

SVBSECTIOI. DE ACTIONE PRIMARVM VIA RVM VT SIGNO.

§. 1252.

Si appetitus ciborum in morbis non deficit, fec moderatus perfiftit, vel parum imminuitur, bo num fignum est; si ille in morbis praecipue uniuer falibus, cum febre coniunctis, imminutus quiden est, ideo tamen mali ominis esse, non dici debet nisi fastidium insigne simul apparent. Nimium ve ro cibi desiderium, ut semper acrimoniam in pr mis viis natam et stimulantem ostendit, sic i morbis grauioribus, febrilibus in primis, pessimur faepe signum est, ita, ut interdum delirii species ap pellari queat.

9. 125

§. 1253.

Sitis, commune febrium fymptoma, fi grauior ift, peiorem morbi statum et summam immeabiliatem humorum declarat, caque magis extimescenla est, si clamosa, assume potissimum stuido vix ompescenda, et cum siccitate faucium, lingua arila, nigra, fissa, sanguinolenta coniunsta est. Siis nulla cum siccitate faucium idem ostendit, cum lefectus stuidi faliualis, ab aegro vix perceptus, doirium denotet. Sitis immanis cum horrore, a luidis quibuscunque admotis excitato, in hydrohobia occurrit.

§. 1254.

Deglutitio, vario modo laela, in fymptomatoogia exposita, anginae nomine potisimum infignia fuit §. 1135. Facilis deglutitio in morbis optimum, ifficilis vero et potissimum sonora pessimum fignum st. Singultus siccitatem oesophagi et acrimoniam, irea cardiam potissimum haerentem, declarat, connuus vero existens in morbis grauioribus inflamnationem et spasmum oesophagi, ventriculi, diahragmatis, hepatis, renum in iisque natum calulum ostendit, quae cuncta ex praecipuorum cororis humani neruorum nexu declarantur.

§. 1255.

Ardor ventriculi acrimoniam, in eo contentam, rodit, cuius indolem ructus, cum fapore peregrio infurgentes, declarant. Materiae alienae, per omitum reiectae, indoles et differentia fenfibus fa-K 2 cile

cile cognofcitur. Cardialgia materiem acrem, in ventriculo detentam, fed immobilem denotat. Vomitus biliofi magis duodeni, quam ventriculi vitia produnt, qui quidem, fi debilitatur iis aeger, peffimum dant fignum, fi vero post euacuationes factas vires redeunt, nihil mali ulterius indicant.

§. 1256.

Digeftionis tempore pondus, in ventriculo et abdomine perceptum, repletionem, nec non digeftionem et chylificationem tardam indicat. Tenfio hypochondriorum et dolores colici faburrae, in primis viis collectae, indicia funt; ex his debilitas primarum viarum et chylificatio laefa perfpicitur, ex qua demum infarctus vifcerum infimi ventris, malum hypochondriacum, et inde pendentia mala facile praeuidentur. Haec cuncta, fi in morbis acutis occurrunt, difficilem crifin inducunt, et fymptomata peregrina, quibus morbus intenditur, praenunciant.

§. 1257.

Aluus iusto laxior et frequentes diarrhoeae debilitatem intestinorum, aut pituitae copiam, non nunquam vermes indicant; fi tenesimus accedit, acrimoniam vel ascarides, in intestino recto nidulantes, adesse coniicimus. Copiosior mucus et sine dolore excretus, pituitam primarum viarum, cum tenesimo autem secedens, mucosas haemorrhoides, easque cum acrimonia coniunctas, prodit. Si ichorosa simul aut putrida materia excernitur, si ichobreui

breui oriturum, praedicit. Aluus fieca ficcitatem intestinorum, a fibra rigida et defectu feri. laudabilis oriundam, ostendit.

Santa a trates managere

SVBSECTIO. II. DE SE ET EXCRETIONIBVS VT SIGNIS.

S. 1258+ diam

etes mil autocion discipit miler 'the

Hic loci quidem potifimum de urina, ut figno, dicendum eft, quoniam hic liquor, ex fanguine fscretus, fuo modo collectus et tandem excretus, characteres mutationis humorum diu retinet, et ideo attentione et obferuatione medici non indignus eft. Non incongruum tamen erit, pauca de excretione cutanea, perspiratione infensibili et fudore praemittere, cum et huius vestigia iudicium medici, circa morbos formandum, dirigant. De faliua nihil repetendum erit, quoniam §. 1253. de fiti agentes, considerationem eius fuscepimus. Reliquae vero se et excretiones vix signa externe apparentia praebent, quae non ex praecedentibus colligi poffent.

§. 1259. + 1114.0

Cutis mollis, perfpiratione facili quafi humectata, bona quaeuis in morbis praenunciat, ficca vero et afpera perfpirationem minus rite fuccedere, ideoque morbi grauitatem et difficilem coctionem indi-K 3 cat;

cat; fi autem viscido humore scatet, et tactu quasi pinguis est, humores crudos, nec satis elaboratos, valida vi ad superficiem motos, laxamque cutim declarat. Exanthemata cuncta materiam acrem et viscidam, perspiratione non diffipandam, sed in vafis haerentem, declarant: varietas vero exanthematum ex specialibus morborum historiis patet.

§. 1260.

Sudor largus in principio morborum fummam humorum tenuitatem, et ipsius morbi cruditatem difficilemque coctionem indicat, prasertim, si viscidus et lentescens deprehenditur, summamque cutis laxitatem inducit. Idera in validis quidem et fucciplenis corporibus faepius morborum progreffum cohibet, in ficcioribus autem et macilentis fymptomata exasperat et coctionem difficilem reddit. Sudor. post bonam coctionem tempore erifeos erumpens, morbum feliciter diffipat. Foetens sudor femper acrimoniam, in corpore natam et subtilem factam, prodit, quae quidem his motibus interdum dissipatur, interdum vero deprauatae mixtionis humorum indolem declarat, et, fluidiffima humorum parte diffipata, acres illorum particulas in corpore relinquit.

§. 1261.

Sola urinae confideratio vix sufficientia figna ad morborum diagnosin et prognosin formandam sistit. Medicus igitur rationalis ex aliis signis, cum urina reddita comparatis, morbos diiudicet, aetatem, fexum, temperamentum, usum et abusum sex rerum non naturalium, in primis alimenta et potulenta

lenta affumta et varia quoque medicamenta, in morbis exhibita, quae urinam mutare poffunt, accurate attendat, tandem et tempora morborum varia, et paroxyfmorum indolem respiciat, quoniam, fine his in auxilium ductis, urinae indoles diiudicari nequit.

§. 1262.

Vrina quidem naturam et indolem circulationis fanguinis et humorum ex parte declarare poteft, interim tamen, cum eam ex pulfu et refpiratione melius perspicere possimus, ex urina potius humorum indolem in cruditate, coctione et crisi diiudicamus, quoniam mutationes fanguinis, quae in omnibus quidem humoribus se se exferunt, per hanc tamen secretionem melius patent, quam per aliam quamlibet, ita, ut varias quoque acrimonias, in fanguine natas, urina denotet. Praeter ea etiam in morbis viarum urinariarum certa praebet indicia, quibus in iis declarandis carere non possimus; tandem et digestionis et bilis quaedam vitia non nunquam indicat.

§. 1263.

Vrina illico ex vesica emissa, dum adhuc catet, raro signa certa exhibet, sed in vitro collecta seponi, tumque frigida obseruari debet, num scilicet in eadem mixtione permaneat? an sedimentum deponat varium? an superficiem muter? quippe quae cuncta in examine eiusdem bene attendenda sunt. Omnem vero urinam huic disquisitioni minime aptam esse iudicamus, sed eam tantum, quae ma-K 4

tutino potifimum tempore, vel post paroxysmos varios morborum, in primis febrilium, reddita fuit, attentione praecipue dignam esse censemus."

§. 1264.

Ratione quantitatis quidem et qualitatis urina disquiritur, frequentius tamen respectu posterioris, quam prioris indolis. Dum enim contenta urinae diiudicamus, colorem eiusdem potissimum confideramus, a tenui aquoso pellucido ad intense rubrum progrediendo, inde vero, num aliquid in urina suspension haereat, vel sedimentum in fundo depositum reperiatur, attendimus. Licet etiam ex odore et sapore non nulla peti queant signa, medicus tamen in nauseoso et excrementitio hoc humore rarius haec signa colligere tenetur.

§. 1265.

Si urina iusto copiosius emittitur, tunc ad abundantiam potus aquosi assumi et alias serosas fecretiones, in corpore imminutas, respiciat medicus, quibus ex causis etiam in statu naturali urina augetur. Simili ratione etiam deficiens urina ex defectu potus et ex augmento aliarum secretionum serosarum, in primis sudoris, declaratur. Ex his itaque, in se consideratis, nec bonum, nec malum signum unquam colligi poterit.

§. 1266.

Quodfi vero in morbis copiosa urina excernatur, seire licet, vel mixtionem sanguinis impersectam,

Etam, aquofas partes facile dimittentem, hanc in primis fecretionem augere, vel laxitatem tubulorum urinariorum in caufa effe, quod lotium larga copia transcolatur. In priore cafu acria relinquuntur, in maffas irrefolubiles coguntur et obstru-Etionibus anfa praebetur, in altero vero eadem quidem eueniunt, sed blanda simul nutrientia educuntur, ita, ut pessimus diabetes morbus sequatur.

§. 1267.

Vrina vero parcius redditur, vel propter vias urinarias obstructas aut spasmo contractas, cuius quidem impedimenti ratio ex aliis signis specialioribus petenda et declaranda est, ut vel ad tubulos renales ipsos, per quos urina in peluim renum secernitur, vel ad viam per ureteres, vesicam et urethram respiciamus, uti in calculos vel gonorrhoea affectis potissimum observamus; vel quoque propter serum, ad alia corporis caua deriuatum, ut in hydropis diuersis speciebus fieri solet.

§. 1268.

Vrina tenuis, aquola, nifi post ingentem copiam aquae haustam talis mingatur, spasmum, in primis in abdomine ortum et ad renes delatum, vel tenacem olei, salis et terrae in sanguine mixtionem, quam aquola pars difficulter ingreditur, indicat. Talis in morbis acutis, ubi humores valide agitantur, non nunquam pessimi ominis est; denotat enim partium internarum destructionem, immo ipsum sphacelum, in primis, si praegressa fuerit stammea, ut summi instammationis gradus

25

et metuendae gangraenae testis. Vti tamen semper, ad minimum in his morbis acutis difficilem coctionem et crisin, sic in chronicis debilitatem viscerum et obstructiones pituitosas declarat.

§. 1269.

Vrina tenuis porro in morbis fpasticis, hypochondriacis et hystericis, graues paroxysmos et infignia morbi augmenta instare significat; interdum vero post animi affectus, vel post partum, spasmum, breui transiturum, denunciat. In calculo etiam vesicae interdum similis urina deprehenditur, tunc vero saepe vel arenulae, slocculi aliaque corpora peregrina simul occurrunt, vel sedimentum mucosum in fundo subsistere solet.

§. 1270.

Vrina citrini coloris, plus minusque faturata, ab homine fano reddi folet. Rubra vero et fimul pellucida, ita, ut in fummo morbi gradu flammea quafi appareat, in febribus potiffimum acutis confpicitur, in quibus fummam cruditatem humorum, in tenaci particularum mixtione confiftentem, ideoque ex his oriundam difficilem coctionem et crifin denotat. In violento enim fanguinis et humorum circulo, fummoque inde oriundo attritu, oleofa, falina et terrea, nimis fubtilia fata principia, fortiter aquofis adhaerent, ideoque difficile inde feparari et in nouas mixtiones duci poffunt.

§. 1271.

MORBORVM PROGNOSTICIS. 155.

§. 1271.

Quodfi vero urina talis rubra, flocculis fparfim haerentibus quodam modo turbida appareat, licet verum fedimentum non deponat, mitiorem tamen morbi acuti gradum indicat, ita, ut vel breui temporis interuallo felicior coctio et crifis, vel, fi etiam morbus protrahatur, lenta tamen eius refolutio expectari poffit. Si tandem fedimentum, idque vel album, vel rubellum, in tali urina deponitur, tunc crifin, ex voto fuccedentem, vel breui fucceffuram, indicat. Sedimentum vero copiofum et ponderofum mox demiffum, valido motu crifin fieri defignat, quae tunc, licet per alia colatoria non impediatur, in primis tamen per renes perfici folet.

S. 1272.

Vti vero haec proposita in morbis acutis potiffimum attendenda sunt, sic et in morbis chronicis urina rubra et laturata, sedimentum rubrum, copiosum, squamosum quasi et surfuraceum deponens, cum pellicula, apparenter pingui, acrimoniam, in sanguine et humoribus natam, cacochymiam et scorbutum in primis designat. In hydropicis etiam, in quibus acrimonia humorum adest, talis deprehenditur, quo etiam in casu boni ominis non est, sed difficilem et vix superandum morbum declarat. Tandem, cum et in atrophicis et phthificis talis faepius inueniatur, in genere destructionem lentam, per acria, in humoribus contenta, factam, fignificat.

S. 1273.

§. 1273.

Simili modo infignem acrimoniam humorum a bile, in fanguinem effufa, indicat urina crocea cum fedimento, quod in ictericis non raro confpicitur; interdum vero in his urina crocea, lintea eodem colore tir gens, fine ullo fedimento apparet. Si color urinae in hoc vel alio morbo in viridem et nigrum vergit colorem, peffimae indolis iudicatur; nam acrimoniam humorum atrabilariam indicat, quae tamen tunc temporis fanguini et humoribus non intime immixta et iis quafi inuoluta deprehenditur, fed iam ita aucta eft, ut vehementi motu continuoque attritu folidas partes deftruat, et vario modo in colatoria corporis effundatur.

§. 1274.

torior, and franks and the state

Vrina spumola, quae scilicet spumam diu retinet, aut difficilem crisin, hoc est, difficilem et tenacem particularum, morbose mixtarum, resolutionem, aut sebrim lentam depascentem denotat, quae succum nutritium resoluit et secum per serosam hanc secretionem abripit, ita, ut interdum superficies pinguibus olei moleculis scateat. Saepius tamen superficies urinae in morbis scorbuticis apparenter tantum pinguis deprehenditur §. 1272. fi nimirum salia copiosa, per urinam secreta, pelliculam quasi splendentem concipiunt, quae ob copiam suam tali sturatae et scorbuticae urinae inhaerent. In his similibusque casibus superficies urinae, oblique considerata, colores iridis non raro repraesentat.

§. 1275.

- §. 1275.

Vrina, quae vix in vitrum demiffa turbida apparet, validos faepius paroxyfmos in febribus intermittentibus oftendit, tunc tamen mali ommis non eft, licet morbum viribus infidiofum declaret. In morbis autem acutis magis attendi meretur, fi cruditatis tempore talis reddita, iumentorum urinae fimilis exiftens, vehementem morbi gradum et vires debiles indicat; in primis vero hoc inde concludendum eft, fi diu turbida manet et fedimentum vel prorfus non, vel tardius deponit.

§. 1276.

Si urina foetida, vel in fanis, vel potius in iis, qui leuiori morbo laborant, demittitur, tunc particulas plurimas noxias per colatorium renum ex corpore expelli, ideoque morbos imminentes et peruerfam humorum indolem, per excrementitium hunc humorem sponte excretam, corrigi concludendum est. Si vero in acutis aeque ac chronicis morbis grauioribus urina vix in matulam delapsa foeter, pessimum eorum statum ideo ostendit, quoniam salia et olea subtilia reddita mixtionem fluidorum turbant, destructionem partium minimarum, solida componentium, et corruptiones viscerum inducunt.

§. 1277.

Mucolum et viscidum sedimentum, in urina fubfidens, vel dispositionem ad calculum generandum, vel morbos colli vesicae et urethrae denotat. §. 1269. Sic etjam sanguis, vel suidus vel grumosus, purulenta plus minusque viscida materia,

158 P.IV. C. IV. DE SIGN. MORB. PROGNOST.

teria, arenulae, filamenta, sub pilorum forma et alia, praeter naturam in urina apparentia, corpuscula viarum urinariarum, nec non vesicularum seminalium, prostatae et glandularum urethrae erosiones et ulcera declarant, et in speciali horum morborum historia examinari merentur.

5. 1278.

Signa haec, ex fecretione urinae et aliis corporis actionibus petita et hactenus declarata, generalia tantum funt, paucisque fubinde exceptionibus definita, quae ideo, cum non omnem morborum historiam absoluant, vel tantum collectiue fumta statum aegri declarent, in praxi speciali et singulorum morborum disquisitione accuratius ordinari et cum eorum diagnosi et prognosi explicari debent. Quo vero in difficili hac pathologiae parte aliquod specimen coordinationis signorum exhibeamus, in fequenti capite de signis mutationis morborum in cruditate, coctione et crist acturi fumus.



CAPVT

EFR/199 * E * EFR/199

CAPVT V.

DE SIGNIS MVTATIONIS MORBORVM IN CRVDITATE, COCTIONE ET CRISI.

§. 1279.

In corpore fano mutationem et praeparationem fluidorum per actionem folidorum fieri, ex phyfiologia cognouimus, quae quidem actio, fi minus rite perficiatur, morbofis, hoc eft, praeternaturaliter mixtis humoribus, vario modo in corpore generandis, occafionem praebet, ita, ut ipfa folidorum nutritio minus conuenienter praeftari queat. Motus tunc in corpore oriuntur noui, a fanis diftincti, quorum ope materia morbi agitatur, mixtio humorum deprauata refoluitur; quo facto materia haec morbi vel corpus deftruit, vel mutata demum per varia corporis colatoria educitur.

§. 1280.

Hoc, licet in omnibus morbis, ideoque etiam in chronicis, modo iam descripto, eueniar, potissimum tamen in acutis attenditur, in quibus nimirum motus, febriles dicti, vel salutares vel destruentes, observantur. Mutatio haec morborum in cruditate, coctione et crisi, per diuersa temporis interualla absoluitur, medicum igitur attentum esse inbet, quo hos motus dirigat, ita, ut istos destruentes compescat, moderatos permittat,

mittat, et salutares iusto debiliores sustineat et augeat.

§. 1281.

Has vero mutationes dirigere nequit, nifi ex fignis certis flatum morbi varium eiusque vehementiam cognofcat, vires vitae agentes cum viribus morbi comparet, et diuersa morbi stadia accurate perpendat. Cuius rei breuem et generalem tantum dabimus explicationem, quo auditores nofiros in morbis quibuslibet acutis, accurate cognoficendis, exerceamus et exinde etiam ad cognitionem progressus morborum chronicorum ducamus.

S. 1282.

Cruditas est deprauata humorum mixtio, quae aequabilem motuum, in corpore fano occurrentium, progressium turbat, nec dum excretioni apta est. In massa feilicet humorum, in primis in fanguine; moleculae diuersae figurae, densitatis cet. generantur, uti Part. I. Cap. II. fest. 1. et 2. declarauimus, quae moleculae morbosae, vel crudae, vel etiam ab aliis miassa malignum, vel materia peccans, appellantur. Licet enim in statu cruditatis folidae quoque partes suo modo laedantur, v. c. in partibus inflammatis vasa quoque in pus conuertantur, potissimum tamen ad suida eorumque corruptiones ratione qualitatis respicimus, et inde reliquas, in corpore aegroto oriundas, mutationes declaramus.

S. 1283.

§. 1283.

Signa cruditatis funt actiones laefae, quae variis modis a ftatu fano recedunt, et morbum praefentem indicant. Sic igitur actionum vitalium incrementum et earundem decrementum, actionum animalium languor et ad eas perficiendas ineptitudo, in primis laffitudo fumma ét proftratio virium, tandem et actionum naturalium laefio, in primis in fecretis et excretis humoribus confpicua mutatio morbofa, non tantum cruditatem ipfam oftendunt, fed eam iam in corpore moueri declarant.

Definitio haec et descriptio nimis quidem generalis videtur, sed varietas morborum specialiorem non admittit, nisi forte temporis rationem habere, et motus, ab initio morborum oriundos, assumere vellemus.

§. 1284.

Haec ipfa fymptomata leuiora interdum funt, interdum vero figna malignitatis in cruditatis ftatu occurrunt, ut funt: pulfus celer, debilis, durus, inaequalis; ineptitudo ad motum mufcularem, ita, ut aeger caput fuftinere nequeat, tremores, conuulfiones; fenfuum externorum obnubilatio, deliria; fomnus vel nullus vel perpetuus; fitis ingens clamofa; appetitus plane proftratus, vel naufea cum vomitu materiae biliofae, putridae; deiectiones aluinae copiofae, foetidiffimae; urina tenuis rubra, vel etiam mox emiffa turbida facta, vel cum fedimento copiofo; fudor copiofus vifcidus vel ficcitas cutanea et his fimilia.

S. 1285.

A fymptomatum confideratione ad disquisitionem causae proximae ducimur, quae ex dispositio-Patholog. L ne

ne morbola cognolcitur, et vel a vitiis diaetae, vel ab aliis, corpori applicatis fenfim paulatimque inducta fuit. Ad contagia enim fimul refpicimus, ex quibus quidem cognitio morborum epidemicorum declaratur. Iplam vero particularum indolem morbolam, nec accurate nec certo oftendi poffe, omnes pronunciant, qui ex veris principiis chemicis et pathologicis cognouerunt, elle aliquid actiui in mixtione humorum, quod accurate definiri nequit, fed tantum ex symptomatibus fiue effectibus cognolcitur.

§. 1286.

A caufis et fymptomatibus ad magnitudinem periculi in morbis concludimus, et prognofin inde formamus, ita, ut leuiores caufae leuioraque fymptomata cum viribus vitae, fatis euidentibus, et plurimis actionibus fanis fimillimis, morbi fuperandi spem faciant, e contrario vero caufae pertinaciores et fymptomata grauiora, cum viribus vitae debilibus et actionibus, a fanis multum reeedentibus, morbum vix superandum nobis indicent. In dubio autem statu nihil certi pronunciare possiumus, quoniam vires vitae et morbi in aequilibrio quasi positae deprehenduntur.

S. 1287.

wirridge: deirestio-

arright fondish

Coctio est agitatio particularum, morbose mixtarum, in circulo sanguinis et humorum, hoc est, in eorundem motu progressiuo et intestino, qua fit, ut particulae istae ratione mixtionis resoluantur, et in nouas formas cogantur. Licet vero bona coctio, quae et stricte sie dicitur, humorum indolem deprauatam in bonam vertere debeat, ita, ut

MVTATIONIS MORBORVM 163

ut vel eae particulae, quae antea morbofae erant, fanis nunc fiant fimillimae, vel iis noxiis feparatis atque ex corpore eliminatis, reliquae adhuc bonae circulationem aequalem ingrediantur, illa tamen interdum imperfecta manet, et tunc metaftafin format, qua nimirum materia morbi collecta in alium locum defertur, ibi haeret, nouique morbi faciem induit, vel noxias particulas magis extricat, ideoque deftruens redditur. In priore cafu coctio eft incompleta, in posteriore vero nulla.

§. 1288.

Causae, quibus morbose mixta coquuntur, caedem sunt, quae circulum humorum in sano corpore praestant, quae tamen a materia morbosa excitata vehementius agunt. Ex una enim parte motus humorum intestinus per progressiuum excitatus, morbole mixta, hoc est salinas, oleosas et terrestres particulas, in sero sanguinis haerentes, resoluit et in noua mixta, sanis similia, cogit; ex altera vero parte ipla particularum indoles in morbo haud adeo graui ita comparata est, ut mutationem ex morbola mixtione in fanam facilius permittat et co-Stionem acceleret. Tandem et his binis causis medicus auxilium suum accommodat, et sub alimenti, potulenti, vel medicamenti specie varia ingerere iubet, quibus vel vires fluidorum in mutandis fluidis suffinentur, vel mixtionis deprauatae aequabilis resolutio iuuatur.

S. 1289.

Signa coctionis sunt vires vitae, in actionibus corporis, in primis vitalibus, satis conspicuae, cum aliquali remissione symptomatum morbosorum, ex L 2 qua

qua vires morbi decrescere cognoscimus. Quo magis itaque pulsus et respiratio a fignis malignitatis §. 1284 recedunt, et naturali fimilem, vel certe non nihil auctam vim ostendunt, reliquaque morbi symptomata imminuuntur, eo maiorem coctionis bonae expectandae spem concipimus. Licet enim omnes actiones attendendae fint, ad eas tamen principes, in pulsu et respiratione confistentes, medicus praecipue respicit, et reliquas tanquam accessorias confiderat.

§. 1290.

Interdum quidem motus in cruditate morbi vehementes funt, et materia morbi quodam modo coquitur, ita, ut aliqua eius pars ex uniuerfali humorum circulo fecreta, expellatur, attamen ipfa coctio non nunquam incompleta manet, fic, ut omnis ista materies nondum per colatoria corporis transfire possit, sed peculiaria loca occuper, quo ibidem denuo mutetur et nouam quasi coctionem absoluat. Haec ipfa materiae morbosae transmigratio metastasis dicitur, vel crisis metastatica, quam in abscessibus variis et exanthematibus non nullis deprehendimus.

§. 1291.

Hanc vero metastasin in corpore aegroto euenire ex sequentibus signis cognoscimus. Si motuum, qui circulationem praestant, uniuersalium vehementia quodam modo mitigatur, et aeger quidem melius se habere incipit, attamen simul quaedam indicia morbosae materiae, adhuc inhaerentis, ostendit, quae paulo post, in aliquo et peculiari corporis loco collecta, se manifestat, ita nimirum

MVTATIONIS MORBORVM. 165

mirum, ut vel in parotide, vel in aliis glandulofis locis, vel in cellulofo contextu, inter mufculos extenfo, vel in vifcere quodam, vel in habitu cutaneo, tumor, dolor, tenfio, pruritus cet. collectionem materiae imperfecte coctae in loco quodam factam, vel exanthemata in cute declarent. Quo in cafu noua quafi cruditas coctionem reiteratam exigit.

6. 1292.

Interdum accedit, ut ipfa coctio, dum cruditatem refoluere incipit, eandem efficiat adeo malignam, ut miafmata maligna magis magisque refoluantur, extricentur, fubtilia fiant, et ad minima corporis ducantur ipfosque neruos male afficiant, quo etiam fit, ut vires folidorum coquendae morbi materiae impares euadant. Hinc peffima malignitatis figna §. 1284 continuo augentur, et aeger tandem fub ipfa cruditatis euolutione perit. In eo quidem cafu exanthemata quoque, in cute oriunda, crifin metaftaticam mentiuntur, ut in purpura maligna et petechiis fieri obferuatur, fed haec ipfa exanthemata, cum morbum non leuent, corruptionis internae fignum funt.

§. 1293.

Quod fi vero coctio bona ex voto fuccedat §. 1289, tunc quoque morbus ex voto terminatur, ita, ut materia morbi, vel lenta refolutione, quam lyfin dicunt, mutatione in fecretis humoribus vix percepta pedetentim excernatur, aut valida expulfione per varia colatoria corporis, quam crifin ftricte fic dictam appellant, eiiciatur, et ita aegrotus fanitati reftituatur. Quod fi vero in progreffu mor-L 3 bi,

bi, fatis profpero, vel ex indole deprauatae materiae coctioni refiftente, vel faepius ex negligentia aegroti, adftantium, vel medentis, mutatio inopinata occurrat, tunc vel morbus perdurat, et faepius letalis fit, vel alius in fcenam producitur, quam infauftam faepe morbi mutationem perturbationem criticam dicunt.

§. 1294.

Crifis itaque generali fenfu, et vi vocis affumta, iudicium de morbi euentu denotat. Exitus nimirum morbi omne tandem iudicium de eodem abfoluit, quocunque modo ille eueniat, aut in fanitatem, aut in alium morbum, aut in mortem. Quoniam vero optimus euentus, aut in crifi refolutoria fiue lyfi, aut in crifi euacuante et materiam morbofam euidenter feparante, deprehenditur, vel his utrisque mutationibus, vel ultimae praecipue crifeos nomen addi folet; affimilatio enim, qua materia morbi fine omni euacuatione iterum in fanam mutatur, vel nunquam, vel rariffime, affumi, et tunc femper ad lyfin referri poterit.

§. 1295.

Lyfis fiue crifis refolutoria itaque illam morbi mutationem denotat, ubi materia, male mixta, in humoribus nata, in primis transpositione particularum, in materiam fanis humoribus fimilem, conuertitur; licet non negandum sit, quasdam quoque particulas morbosas per varia colatoria corporis fecedere, excretione tamen vix euidente. Cum enim excretiones confuetae et in fano corpore particulas noxias expellant, nullum dubium est, in morbis

MVTATIONIS MORBORVM. 167

bis quibuslibet id magis euenire, licet oculis non semper pateat.

§. 1296.

Lyfin itaque fieri cognofcimus, fi poft mitiora, interdum etiam fatis valida, fymptomata, in cruditate confpicua, placidior morbi progreffus obferuatur, actiones vitales potiffimum vigent, nec nimis intenduntur, porro, fi aeger de grauatiuo quodam fenfu in corpore conqueritur, qui a fanitatis agilitate differt, fi in eo infirmitas fenfuum et faepe grauis auditus, flupor et torpor in omnibus actionibus obferuantur. Cuncta haec fymptomata, et in grauiori morbo non nunquam vehementiora, malignitatem quandam indicantia, fe et excretionibus, placide interim progredientibus, non nifi lente euanefcunt, donec aeger, fibi redditus, praeter debilitatem quandam, a morbo relictam, nullum incommodum fentiat.

S. 1297.

Crifis vero, stricte sic dicta §. 1294, siue euacuans, ita se exferit, ut post coctionis satis felicem progressium motus, qui a circulo humorum dependent, hactenus paulo languidius praessiti, iterum intendantur, materia morbi nunc cocta viribus autis moueatur, per varia colatoria corporis eliminetur, ideoque ipsi morbo finis imponatur.

§. 1298.

Haec quidem mutatio definitis faepe temporibus abfoluitur, ita, ut agitatio maior, uno die peracta, ceu fortior paroxyfmus, post aliquod temporis interuallum euacuatoriam crisin factum iri praedicat. Dies nimirum septimus est index noni, undecimus $L \Delta$ est est index decimi quarti, decimus octauus index vige fimi primi. In omnibus tamen morbis tam regularis materiae morbofae mutatio haud expectari debet fed euentus morbi potius ex coctione, huc usque peracta et fymptomatibus criticis perspicitur, licet et indicia criseos et crisis ipsa pro differentia subiectorum et morbi nunc citius nunc tardius eueniant.

§. 1299.

Quoniam vero fymptomata critica cum morbofis faepiffime conueniunt, attentus omnino fit medicus, quo eadem annotet, diffinguat et moderetur. Sunt illa vero, quae fequuntur, generalia: incrementum virium, vel certe confiftens earum robur; au&a febris in aeftu et fiti confpicua; refpiratio profunda, lenta, molefta; anxietas infignis praecordiorum, vel cum vigiliis, infomniis et deliriis, vel cum torpore et grauitate corporis fingulari, obnubilatione fenfuum et fomnolentia. Specialia vero, diuerfis crifibus propria, figna vix enumerari, fed ex fpecialibus morborum hiftoriis peti poffunt.

§. 1300.

Eadem etiam in metastasi interdum eueniunt, quae tamen non semper tam placide procedit, ut superius §. 1290 annotauimus, sed vera crisis metastatica et illa in primis, quae in febribus exanthematicis observatur, grauiora saepius symptomata oftendit. His enim tunc temporis accedunt rubor cutis, cum titillatione et punctura, nec non alia signa, quae pessimum saepius materiae morbosae, nunc motae, statum declarant, praesertim, si vel copia materiae morbosae, vel defectus virium, absolutam

MVTATIONIS MORBORVM. 169

propulsionem impediat, et hos morbos difficiudicii reddat.

S. 1301.

In fymptomatibus itaque morbofis et criticis diruendis actiones vitales prae reliquis attendendae , quas, fi efficaces cognoscimus, licet de reliquo ima videantur fymptomata, haec tamen effe crimaxima cum probabilitate colligimus. Si vero ones vitales, ad modum labefactatae inueniunmorbi fymptomata vitam fuperare concludi-. Praeter ea vero, de his iudicaturus, constionem aegri in praegressa sanitate, et progressum cbi in cruditate et coctione bona perpendat, quae cium de motu critico, vel morbofo facilius red-Si tandem in difficillimo morbi statu et ipse it. dicus dubius haeret, attenta expectatio aliquot hoım, vel leuamen, vel augmentum morbi deant.

S. 1302.

In primis vero de felici morbi euentu certiores dimur; fi crifis ipfa in excretionibus apparet; fi or, alui fluxus, urina, haemorrhagia, faliuatio vel , quae in crifi metaftatica obferuantur, abfceffus exanthemata cum leuamine, et quiete aegri acunt et prorumpunt. Si tandem in ratione aurum harum excretionum fymptomata morbi defcunt, tunc fpes etiam fanitatis recuperandae muln augetur.

S. 1303.

Ipfam vero crifin euacuantem bonam et ad morm diffipandum fufficientem esse, non primo intu, sed saepius post decursum aliquot dierum experi-

perimur. Rariffime enim morbi uno impetu uuntur, et, fi hoc accidit, post validam euacuation primariam, v. c. fudoris, fucceffiuae, fed mitic aliae, v. c. per urinam, fequuntur. Licet igitur cretiones criticae ab initio faepe haud optime in lis effe videantur, fi tamen magis magisque ad num statum accedunt, ut in doctrina de sudo urina cet. passim declarauimus, bonae notae iudic tur. Cum etiam crifes interdum ex epidemico m borum statu, ex conditionibus aegri in vitae gene fexu et aetate variis aliisque circumstantiis iudic tur, experientia, per praxeos specialis fundame acquisita, medicum in iudicio fuo dirigat et cer rem reddat.

S. 1304.

Eo vero tempore, ubi vel crifis euacuans, vel folutoria, vel tandem metaftatica feliciter fatis p gredi videntur, non nunquam accidit, ut pert batio critica oriatur §. 1293, et materia, iam ad r tationem et expulfionem difpofita, denuo oberr incipiat, quae quidem res cum in ultimo hoc mo ftadio, et aegro debili iam per morbum facto a dat, rariffime bonam coctionem, denuo incipi dam, promittit, fed materia morbi, vel aegrum o dit, vel alium morbum et chronicum faepe re quit.

S. 1305.

Signa itaque malignitatis in perturbatione tica ea funt, quae §. 1284 in cruditate adduxim accedunt tamen et alia, v. c. ficcitas in ore, cum

MVTATIONIS MORBORVM. 171

et cruftis, in lingua et faucibus, fingultus conus, pulfus debilis, vel inaequalis, vel mire mus, ad confueta interualla vix reducendus §. 1228, iratio stertorofa, suffocatiua, sublimis, tremores notus conuulfiui, completi et incompleti, v. c. ultus tendinum, inquietudo summa, vel situs inis corporis, oculi triftes, lacrymosi, mox fixi, c vagi, deliria, non ferocia, sed cum motu laioso et vagis palpationibus aliaque varia, quae olitam mutationem in corpore ostendunt.

§. 1306.

Quamuis vero et in periculofo hoc ftatu excrenes variae fuccedant, minus tamen conuenientes icantur, fi vel infcio aegro fuccedunt, vel cum nma moleftia perficiuntur, nec a viribus vitae, vehementia morbi oriuntur, vel materia excreta fimam et deftruentem indolem declarat. Sic licidia fanguinis, variis in locis obferuata, fudor ricularis cum refrigerio extremorum, isque tiffimum pinguis, oleofus, frigidus, urina, faeis reddita, tenuis, vel foetidiffima et alia plura, alem morbi exitum, mox fequuturum, faepiffime aenunciant.

§. 1307.

Rariflime quidem, his euidentioribus letalitatis nis praesentibus, vires vitae latentes refocillanr. Quod fi vero aliquando violentia morbi senn definat et aliqua quies restituatur, ea tamen mper medicum de morbo lento, per materiam alignam, in aliqua corporis parte, potissimum in viscere

172 P.IV.C.V. DE SIGN. MVTAT. MOREC

viscere nobiliori, depositam, vel in illo adhuc errantem, excitato, sollicitum esse iubet. Insig tamen virium prostratio, cum lenta febre pero rans, saepius intra breue temporis spatium vi finem facit: saltem viribus, utcunque redditis, n lessi saepius morbi, ut sunt cephalaea, asses, asses linquuntur, qui quidem, nisi noua oriatur fe bris, ideoque noua coccione immutentur, vix exstirpandi sunt.

AUDICED AL COLOCE OTTERADIO

nis practentibus, they wine latentes egion

allition astrony arrestors applie to

erxxby * X * erxxby

INDEX. NVMERVS § INDICAT.

A.	Alui obstructio 1147
bortus 1164	Amaurofis II24
siceffus 976	'Avaio94012 1108
idi vegetabilis effectus	Anamnestica signa 1169.
1026. 1027	1174 fqq. circa eadem
rimonia humorum 944.	cautelae II82 fqq.
eius cognitio difficilis 950.	'Avasouwous 961
differentiae 945. eadem	Angina 1135
acida 946. ut causa 1059.	Animi morbi quo modo di-
eius figna 1194. 1195.	iudicandi? 923. eorun-
alcalina 948. eius figna	dem differentiae 1091.
1197. biliofa 949. iphus	eius affectuum effectus
figna 1198. ammoniaca-	1050. deliquia 1090
lis 948. muriatica 947.	Avogsžix 1130
ipfius figna 1196. mecha-	'Απεψια 1136
nica 945	Ανοφεεία 1130 'Απεψία 1136 Αροplexia 1101 'Αποσιτία 1130
ctiones animales laefae	Αποσιτια 1130
1100 fq. cur frequentes?	Appetitus ciborum quid
1111. difficile cogno-	praelagiat? 1252. eius-
fcuntur 1112. earundem	dem vitia 1130. horum
caufae 1113 fq. ipfae ut	caufae II3I
figna 1241 sqq. vitales	Aromatum effectus morboli
laefae 1086 fqq. ut figna	1029
1213 fqq. naturales lae-	Althma 1095. eius caulae
fae 1129 sqq. ut signa	1096. 1097. differentiae
1251 fqq. fexus laefae	1098
12)1 199. 1160 fg.	Atrophia 1156. eius causae
A REAL PROPERTY AND A REAL PROPERTY A REAL PROPERTY A REAL PROPERT	1157
egrotus hominis status 916	Auditus organum laefum
eri admixtorum effectus	1126 fyq.
1033	Aurium sufurrus quid prae-
etiologia quid? 911	fagiat? 1247
	B.
limentorum copiae 1012.	2017年1月1日的1月1日,1月17日,1月17日 1月17日 - 1月17日 - 1月17日 1月17日 - 1月17日 - 1月17日
1014. inopiae 1015. ipfo-	Bilis se et excretio laesa
Destrolog	М Вели
Patholog.	Are - Davo

N D E X.

1130

1136

BERNINOS Βραδυπεψια

C.

Cacochymia 939. eius figna 1191 sqq. illa, ut causa morborum 1056 lgg. feroia 940. ut caufa 1056 eius figna 1191. pituitola 942. ut caula 1057. eius figna 1192. atrabilaria 943. ut caula 1058. ipfius figna 1193 Calculorum genesis 1066. in bilis et urinae viis effectus 1067 Calidi et humidi effectus IOII Calor in morbis quid praefagiat ? 1229. nimii effectus 1005 fgq. Cancer 977 Caries 978 Carus IIIO Cataractae variae **fpecies** 1125 Cauitatis auctae et imminutae vitia 960 Caufae morborum externae et internae 995. remotae 996. praedifponentes 997. earundem differentiae 1052. occalionales 996. 997. earum differentiae 1003. 1004. per vim vitae correctio 998. caufa proxima 996. 999. 1073. eiusdem difquilitio 1074 199.

Cholera

Ciliorum vitia

Coctio 1287. eius caul 1288. figna 12 Coeliaca affectio II. Colici dolores II4I. qu indicent? 12 Coma vigil et fomnole tum II Continui laefio 952.9 Conuulfio 1105. ut fignu 124 Conuulfiuus motus IIC Cordis palpitatio 109 eiusdem effectus IO Corporis fitus quid pract giat? 1243. eius mala co formatio, morborum car fa 10' Crampum 110 Crifis 1293. 1297. eius figi 1299. 1302. 1303. m taltatica 1290. ipius fig 129 Critica perturbatio 129 1304. eius ligna 130 fqq. critici dies quina fint? 1298. criticoru lymptomatum confider tio 130 Cruditas 1282. eius figi 1283. caula proxin 12 Cutanea excretio, ut fignu 125 Debilitas quid? 916. eı figna 1204. fibrae 9

Deglutitio laefa 1134. ip quid indicet? 125 Delirium, ut lignum 124 Denlit

1142

1120

IN DEX.

		Fluidorum corporis huma- ni proportio laela 933 Fractura 971. earum figna 1210
ιιβεσις ιπηδησις ιφθορα	1185 fqq. 961 561 1136	Frigoris effectus 1003. 1009. idem in morbis quid praesagiat? 1229
arrhoea	1143	G.
γfenteria σοgεξια σεgιz σπεψια	1144 1150 1154 1136	Gangraena 976 Glutinofum adfeititium 1021. fpontaneum ibid.

E.

afficitas particularum corporis humani aucta et imminuta 929 mprosthotonus 1106 #\$\approx \vertic{1}{2} \vertic{962}{2} mphysema 979 pilepsia 1107 xcretio nimia liquorum

digerentium 1044. fanguinis 1047. lactis 1046. spermatis virilis ibid. perspirationis 1046. muci 1045. cohibita eiusdem 1049. urinae 1048

F.

A STATE OF A STATE OF A	
ames canina	1130
ebris 973.1088. ei	us figna
Water ist	1207
ebriles motus	1280
libra rigida 953. 1	axa 954
igura particularum	corpo-
ris humani morb	ofa 930
liftula	978

H.

Hemiplegia II03 Hepaticus fluxus 1145 Humorum laesa quantitas 934. qualitas ibid. nimia tenuitas 940. spissitudo 941. lentor 973. celerior motus ibid. extrauafatio 974. acrimonia 944. eius cognitio difficilis 950 Hydrops. 979 Hypochondriorum tenfio, 1256 ut fignum

I.

Ileus morbus	1146
Imaginationis laesae	vitia
	1070
Inflammatio 975. eius	s figna
All as the coupon -	1209
Intestinorum vitia, ut	figna
1257. muci eoru	indem
vitia	IISE
Intestinalis liquoris	vitia
And Street or and the	IISE
IEXagen	1154
M 2	Iuru-

Iurulenti nimii effectus 1023

K.

KEVERYYEIR

938

Contraction of the second s	
Lacrimalium viarum	vitia
1 - Park Strick - Per	1122
Lactis se et excretio	laefa
1165. nimia	1046
Lassitudo spontanea	quid
praenunciet	1242
Laxitas folidorum 952.	eius
figna 1175 fqq.	1202
AFIEVTEgia	1139
Lentor fanguinis	1089
Lethargus	IIIO
Loci error	974
Lysis 1293 fqq. eius	figna
stand - whether whether	1296

M.

Malignitatis figna 1284
Manducatio laefa 1133
Medicamenta ut caufae mor-
borum 1034
Medici rationalis officium
919
Membrorum motus et situs
facilis quid praefagiat?
1243
Metastafis 1287. 1290. eius
figna 1291.1300
Moles aucta et imminuta
particularum corporis hu-
mani 930
Morbi idea 915. 917. 918.
eius cognitio 921. hanc
ipfam non iuuat inti-
ma particularum corporis
1 th and the second second second

mixtio 925. 931. illiu caufa 993. 994. stadi 990. figna 1166 fqq. eiu mutationis figna_ 1270 fqq. differentiae acciden. tales 980.981. fedes 923. morbus vernalis, aesti uus, autumnalis, hibernus 987. falubris, benignus, malignus, fanabilis infanabilis, lethalis 991 intermittens, continens continuus 989. acquifitus, hereditarius, connatus, habitualis, contagiofus 984. chronicus, acutus, peracutus, acutiffimus 988. idiopathicus fympathicus 982. protopathicus', deuteropathi cus 983. universalis, particularis, endemius, epidemicus, sporadicus 986 aetatis, sexus, opificum cet. 985. morbi animi quo modo diiudicandi 923

Motus nimii effectus 1037

fq

Muci excretio nimia 1045 cohibita 1049

N.

Naufea 1138 Neruei fluidi mixtio an mutetur? 1116 Nidorofi et rancidi effectus 1024.1025 Nofologia 910.914 O. ObObstructionis figna 1208 fq. Oculi musculorum vitia 1120. tunicarum vitia 1123 fgq. humorum vitia 1125. ex iis praesa-1246 gium Oedema 979 Oleofi nimii effectus 1022 1106 Opifthotonus

0.

P.

Palpebrarum laefiones 1120 Pancreatici fucci vitia 1151 Paralylis 1102. eius caufae et differentiae 1103 1103 Paraplegia Particularum corporis humani morbofa mixtio 926. denfitas et raritas 920. moles elasticitas 929. 930 Pathognomonicum fignum 1171 Pathologiam tractandi ratio 905 fqq. iphus obiectum 920 Perspiratio laefa 1149. nimia 1046. cohibita 1048 Peruigilium 1109 Phenifeos figna 1178 199. Pica 1130 Plethora 935. ut caufa morborum 1053 lag. iplius figna 1187 fqq. vera 936. ut caula 1153. huius figna 1188. spuria 937. obela ibid. ut caufa 1154. iphus figna 1189. cacochymica

937. a debilitate ibid, ut caula 1055. iphus figna 1190

Potus nimii effectus 1017 Pullus ut lignum 1214 lag. eius differentiae 1216. circa eius disquilitionem cautelae 1215. 1227 fq. fortis 1217. quid indicet? 1218. 1220. debilis quid indicet? 1219 fq. magnus et plenus 1221. mollis et durus quid indicent ? 1222. celer 1223. frequens ibid. tardus, rarus, et lentus quid indicent? 1224. aequalis, inaequalis, intermittens 1225. ex his praefagia 1226

Prognosis in acutis 1286 Prognostica signa 1172. 1212 sqq.

Q.

Quietis nimiae effectus 1039 sqq.

R.

Rancidi et nidorofi effectus 1024 fq. Raritas nimia particularum corporis humani 918 Raucedo 1099 Respiratio ut fignum 1230 fqq. eius differentiae 1232. circa ipfius obferuationem cautelae 1231. fortis et debilis 1232. quid praefagiant? 1235 celeris, frequens, rara, lenta M3 1237. 1237. quid indicent? 1238. alta et fublimis 1234. quid indicent? 1236. aequalis, inaequalis, intermittens 1239. quid indicent? 1240 Rigiditatis figna 1201 Ructus 1137

S.

Salis effectus communis 1028 Saliuae vitia 1133 Sanguinis circulatio laefa nimia excretio 1087. 1047 Sanguificatio laefa 1094 Sanitas varia 915. perfecta non datur ibid. Sapor ut fignum 1247 Scirrhus 977 Se et excretiones ut figna 1258 199. Seminis fe et excretio laefa 1162. nimia 1046 Semiotica pathologica quid exponat? 913 Senfus externi laefi HII8 199. Singultus 1099. 1137. quid praelagiat? 1254 Sitis II32. ut fignum 1253 Solidorum vitia a fluidis 951. rigiditas 952 Somnolentia 1109 Somnus ut fignum 1248 lq. nimii effectus 1041. laefiones IIIO Spafmus 957. 1105. eius figna 1203. ipalmorum

genera 1106. spat	limi et
conuulsiones quid	prae-
fagiant?	1244
Sphacelus	976
Spirituoforum liquoru	m ef-
fectus morboli 10	030 fq.
Στενοχωρια	962
Sterilitas	1163
Sudor ut fignum	1260
Sugillatio	979
Surditas ut fignum	1247
Συμφυσις	963
Symptoma 978. eoru	m dif-
quilitio 107	9 sqq.
Symptomatologia	912
Σονιζησις	962
A REAL PROPERTY AND A REAL	

Τ.

Temperamenta causa mor-	
borum	1061 fqq.
Tenesmus	1147
Tetanus	1106
Θλιψις	962
Tuffis	1099

v.

Vasorum infarctus 975. ob-Aructio 974 1q. Venena caufae morborum 1035 Ventriculi laesiones ut signa 1255 Vermium genefis 1068. in intestinis effectus 1069 Vertigo 1104 nimiae effectus Vigiliae 1042 1161 Virilis impotentia VifceViscerum et organorum laefio 964. laelus numerus 967. figura 966. nexus 970. fitus 969. magni-968 tudo Viscidi effectus 1018. 1020 fq. Vifus organum laefum 1119 fqq. Vlcus 978. eius signa 1211 Vnitatis folutae figna 1205 1210 Vomitus 1138 Vrinae fe et excretio laefa 1152 fqq. cohibita 1048

510.8 1 9

incontinentia 1155. in illius infpectione cautelae 1261. 1263 fq. ipfa ut fignum 1252. parcior et copiofior 1265. quid indicent? 1266 fq. tenuis in morbis 1268. rubra quid indicet? 1270 fqq. crocea 1273. nigra ibid. turbida 1275. foetida 1276. fpumofa 1274. pinguis ibid. ipfi admixta varia 1277 Vulnus 952. 958. 971. eius

differentiae ibid. figna 1205.1210

Constant and the second

EMENDANDA.

§. 924. lin. 10. l. ut lege vel. §. 937. l. 11. in fe adde non. pag. 16. l. 15. 640. l. 940. §. 947. l. 2. fal l. fat. §. 954.
l. 3. rerrestres l. terrestres. §. 961. 1. 4. nimium l. nimiam. §. 962. l. 1. imminuntur l. imminuuntur. §. 962.
l. 5. έμψεαξις l. έμΦεαξις. §. 971. l. 3. fractum l. fractura.
g. 974. l. 6. §. adde 932. §. 981. l. 2. idiopathicos adde et fympathicos. §. 997. l. 5. dicet l. decet. §. 999.
l. 7. producat l. producatur. §. 909. l. 11. et l. eft.
g. 1014. l. 1. minimae l. nimiae. §. 1033. l. 13. quae l.
qui. §. 1053. l. 1. vero l. vera. §. 1081. l. to. reduntantiam l. redundantiam. §. 1189. l. 7. facile l. facile. §. 1204.
l. 3. conntinuatione l. continuatione. §. 1228. l. 4. irregulares l. regulares. §. 1231. l. 8. iudolem l. indolem.







